GRAMMATICA PROPERTIANA AD FIDEM CODICUM RETRACTATA

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM MARPVRGENSIVM ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GOTTLIEB RASNER
MARPVRGENSIS

MARPVRGI CHATTORVM MCMXVII
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS

Ab amplissimo philosophorum ordine referente

Theodoro Birt

probata die 19 mensis Julii anni MCMXVII.

PATRIS MEMORIAE
MATRI CARISSIMAE
S.

Sigla.

N	= cod. Neapolitanus	saec. XII
L	= cod. Lusaticus	saec. XV
U	= cod. Urbinas 641	saec. XV
v	= cod. Vaticanus 3273	saec. XV
μ	= cod. Parisinus 8233 (,Memmianus')	saec. XV
A	= cod. Vossianus 38, desinit II 1, 63,	saec. XIII
F	= cod. Laurentianus plut. 36, 49	saec. XIV
H	= cod. Holkhamicus 333, incipit II 21, 3,	saec. XV
M	= cod. Neapolitanus 268	saec. XV
D	= cod. Daventriensis 1792, incipit I 2, 14,	saec. XV
V	= cod. Ottoboninianus 1514	saec. XV
h	= cod. Hamburgensis	saec. XV
g	= cod. Groninganus	saec. XV
d	= cod. Dresdensis	saec. XV
ς	= lectio aliorum codicum deteriorum	
O	= consensus omnium codicum	
ω	= archetypus unde x et y defluxerunt	saec. VIII
Ω	= archetypus archetyporum	saec. V

Ha. = Haupt
K. = Keil
B. = Bæhrens
Ho. = Hosius
L. M. = Lucianus Mueller.

Praefatio.

Qui de Properti rebus grammaticis et orthographicis hodie acturus est in rebus non ita prosperis versatur; aegre enim eum ferre oportet Hosii editionem anno 1911 emissam, quamvis prospere ei evenerit textus conformatio, apparatu critico instructam esse qui tali quaestioni satisfacere non potest. Quam ob rem Baehrensii editione anno 1880 prolata etiam nunc utendum est quae quidem multo locupletior, sed tamen non semper est fide digna,[1]) id quod Baehrens ipse concedit se temporibus coactum collationem festinanter egisse (prolegg. p. V); itaque fructus est multis locis ambiguus semperque Hosium secutus sum, si lectiones eius ab eis quas Baehrens obtulerat differebant. Novam codicis F collationem Haenel edidit de qua vide infra p. 2. Deinde ut quam accuratissime has quaestiones instituerem his praeterea usus sum subsidiis: codicis N lectiones optimi omnes ipse in editione photographice depicta Birtii[2]) inspexi; Lusatici L lectiones ab Hosio neglecti in Koehleri collatione (Philol. LXIV, 1905, pgg. 410 sqq.) requisivi respectis quos praebet Heukrath in dissertatione[3]) p. 6 sqq. locis correctis. Deinde codicis Holkhamici (H) collationem a Postgatio institutam[4]) adhibui lectionesque eius in locis gravioribus judicandis eodem fere modo atque codicis

[1]) maxime id pertinet ad codicis F lectiones de quibus vide Hosium praefantem p. V.

[2]) Codices graeci et latini phototypice depicti tom. XVI: Propertius Codex Guelferbytanus Gudianus 224 olim Neapolitanus phototypice editus praefatus est Th. Birt Lugduni Batavorum 1911.

[3]) De Properti codice Lusatico L Marpurgi 1910.

[4]) Transactions of the Cambridge Philol. Society IV (1894).

M — ad quem nunc transeo — attuli. Qui codex classi y attribuendus descriptus et in lucem emissus est ab Haenelo,[1]) quod opusculum praeter huius codicis etiam novam codicis F continet collationem ab Hosio confectam quae Baehrensiana multo accuratior est. Postgatio quoque debeo Parisini 8233 quasdam lectiones quarum delectum obtulit l. l. pgg. 44—49. Deinde ad codicem Urbinatem aditum patefecit O. Neumann,[2]) neque solum huius codicis sed etiam Vaticani 3233 ex parte lectiones attulit. Praeterea hic illic, inprimis ubi res est de vexatis locis, Hamburgensis, Groningani, Dresdensis lectiones inspexi in Hertzbergiana illa vetusta editione annis 1843—45 confecta, qua in excutienda ut caute agamus monent lectiones N codicis saepe perperam allatae. Denique indices quas editioni addidit Hosius mihi adiumento fuisse grato animo profiteor.

Quibus subsidiis nisus opusculum ex parte retractare suscepi quod abhinc plus triginta annis ante confecit P. Heymann[3]) ita ut de re grammatica Propertiana agerem; partem quae est de re orthographica et ipsam quoque tractavi, sed angustiis huius libelli coactus atque coercitus praetermitto. Illud ego institutum dum absolvo id efficere annisus sum, ut Propertium quantum fieri posset similem sui redderem, vel, si minus posset, rationem scribendi ad morem saec. Augustei quam maxime accommodarem. Sed antequam ad rem propositam accedam nonnulla de Properti libris manuscriptis praefanda esse puto; nam ad codicum fidem recte aestimandam etiam quaestio grammatica pertinet.

---

[1]) A. Haenel, De Propertii codice Neapolitano 268 (IV F 20) Gryphiae 1912.

[2]) De Propertii codicibus Urbinate 641, Lusatico, Vaticano 3273 Gryphiae 1914.

[3]) In Propertium quaestiones grammaticae et orthographicae Halis 1883.

De Properti libris manuscriptis.

De Properti libris disputaturus repetere nolo quae post Baehrensii, Solbiskyi,[1] Weberi,[2] Housmani,[3] Postgatei, Hosii, Birtii labores et opera satis explorata habemus. Itaque de N codice optimo exarato saec. XII nihil amplius dico. De reliquis quoque libris quae mihi dicenda sunt in verba conferam paucissima; de iis solum libris, de quibus adhuc lis est fusius agam.

Nam cum in universum constet codices Propertianos in duas classes discedere quarum alteram x appellatam N constituerit alteram y siglo notatam AFH (= *Φ*) et DV (= *Δ*), de reliquis, qui ex parte nuper reperti, excussi, descripti — Lusaticum Urbinatem 641 Vaticanum 3273 dico —, ex parte etiam nunc oblivione obruti sunt — Hamburgensem dico Groninganum Dresdensem post Hertzbergii editionem plane neglectos —, de his aut sententiae adhuc sunt diversae aut omnino quem locum obtineant in arte critica Propertiana factitanda iniudicatum relictum est.

Atque quominus priorem partem y classis, codices AFH qui melioris notae sunt quam DV,[4]) festinante pede transiliam prohibet me commentariolus ab B. L. Ullmano

[1]) de Codicibus Propertianis Jenae 1882.

[2]) Progr. schol. Hagae Guestfalorum 1887: De auctoritate codicum Propertianorum quaestio critica.

[3]) Journ. of Philol. XXI (1893), XXII (1894).

[4]) Hosii sententiam sequor praef. p. VII. Solbiskyus erravit si codices DV quippe qui multo meliores essent quam AF — quos spernendos esse censet — ut cum N fundamentum artis criticae essent postulavit. Baehrens et Plessis (Études critiques sur Properce et ses élégies Paris 1884) *Φ* et *Δ* libris par pretium vindicaverunt; idem censuit Housman. Quem virum doctum, cum intra *Δ* classem codici D palmam daret sequi jure dubitavit Postgate p. 61; haud scio an rectius judicaverit Weber l. l. p. 16 sic concludens V longe antecedere libro D. — Fortasse nimis longe progressus est Richmond: Towards a recension of Propertius (The classical Philology XXXI (1910) p. 162 sqq.), qui DV omnino nihil valere contendit (p. 166).

conscriptus qui inscribitur: The manuscripts of Propertius[1]) (The Classical Philology VI (1911) p. 282—301). Qui v. d. Americanus p. 283 summam facit quaestionis quam de plus centum libris Properti manuscriptis se instituisse fatetur. Primum nullum librum exaratum esse ante saec. XV exceptis NAF statuit; codicem A circa annum 1250 in Francia scriptum esse ponit, F anno fere 1380 tribuit. Haec et per se satis probabilia esse[2]) et meis quaestionibus probari cum gauderem aegre tuli quod eum sequi non potui in reliquis quae scripta sunt inde a. p. 291 usque ad finem opusculi. Contendit enim ex NA aut ipsis aut codicibus intermissis omnes reliquos libros fluxisse! Itaque codicem F nepotem esse codicis A probare studet. Exempla autem viginti quinque quae ad hanc sententiam confirmandam affert pgg. 292—94 ibidem continuo sequuntur viginti quattuor quae contrariam rem demonstrant ('The list of passages in which F is appearently superior to A . . .') quorumque vim frustra infirmare auctor conatus est. Tali ratione plane nihil effici nemo est quin facile concedat.[3]) — Quod attinet ad manus correctrices codicum FDV quae sunt $F_2D_2V_2$ Postgate eas in universum neglegi posse monuit (p. 59—61) exceptis eis locis, ubi F_2 codicem ipsum, ex quo textum hauriebat, emendans lectiones iterum inspexisset et ubi V fontem suum nunc amissum sequeretur. Maxime V_2 permulta singularia et egregia offerre infra videbimus.

Hinc ad maiora accedamus. Anno 1914 — hoc meo opusculo paene confecto — codex Urbinas 641 ad id tempus non satis notus a Neumanno descriptus et prolatus est. Idem v. d. de Lusatico denuo inquisivit, simul addens

---

[1]) hoc per se mirum, nam in NAF solis continetur eius oratio, ceteri ne uno quidem verbo commemorantur!

[2]) Idem censuit Haenel l. l. p. 51 adn. 1.

[3]) Similiter dubitationem iniecit Ullmani argumentatio Haenelo l. l. p. 44 adn. 1.

Vaticani 3273 lectionum delectum; de his, L et v, quos artiore vinculo inter se cohaerere demonstravit, haec fere judicat Neumann eos classi x tribuendos esse, ita tamen, ut correcturas passi dicendi sint et ex Φ et ex Δ classi, praeterea nonnulla quae offerunt ex fonte aliquo nunc amisso fluxerint.[1]) Itaque L et v, cum haberent textum commixtum, non solum libro N sed etiam y classi inferiores et plane spernendos esse. — Mihi denuo quae ratio inter hos libros et classes x y intercedat perscrutanti primum Lusaticus melior visus est Urbinate et Vaticano,[2]) quamquam de hoc Vaticano judicium continere cogor, cum lectionum numerus quas affert Neumann non satisfaciat. Vellem locupletiorem exhibuisset collationem, vel potius huius codicis lectiones omnes attulisset. In eis autem locis ubi N deest hanc classem, ad quam praeter LUv Parisinus quoque 8233 [3]) pertinet (μ) quamque uno siglo Λ notare non dubitarem si pleniorem notitiam haberemus librorum vμ, — lectiones classis x servasse verisimile est; itaque his locis, inprimis qui ab IV 11, 17 usque ad IV 11, 76 tendunt ubi deficit N, summi momenti sunt ad textum constituendum.[4]) Accedit tertium quod multis locis haec classis aut cum N aut contra N orthographiam offert emendatiorem quam ceteri libri. Sic etiam Postgate[5]) Class. Review XX

[1]) cf. p. 85/86. 'Mihi quidem aliunde eas in x illatas esse persuasum est, cum non modo in N, sed etiam in familiae y codicibus falsa illis locis tradita sint.'

[2]) id quod negavit Neumann p. 93.

[3]) Postgate eum, cum haud longe absit nec ab x nec ab Urbinate, ex eodem fonte quem Urbinas secutus sit derivatum esse censet.

[4]) Neque enim plane sperni posse μv (v = U) Postgatius quoque probat p. 48—49: 'Where however N fails us, they possess a certain importance'.

[5]) Ceterum judicium eius quod fecit de Lusatico vacillat propterea quia opinatur L ex Φ fluxisse neque L nisi eis locis aliquid valere ubi A et H deficientibus classis Φ solo F efficeretur (p. 351). Nihilominus concedit ipse in L nonnulla melius tradita esse quam in

(1906) p. 352: 'In matters of orthography the contention that l (= L) has preserved the truth where other witnesses have corrupted it is somewhat more probable'. Lectiones insuper tales exhibentur, quas non ex x y sed ex fonte nunc amisso, quem z vocamus, fluxisse suspicor;[1]) vide exempla infra p. 11. Addo denique quartum: in locis singularibus codices LUv saepe cum F_2V_2 consentire constat (Neumann p. 83—85). Sed ex ea re non concluditur eas neglegi posse; nam quae a manu prima LUv codicum exhibentur pluris aestimanda esse quam quae alterae manus FV codicum offerunt strenue sustineo.

Itaque de his libris sic concludo: sunt sane hi codices deteriores N codice, sunt etiam nonnullis fortasse classis y testibus inferiores — certe, ut olim Birt[2]) cum Koehlero[3]) et Heukrathio[4]) censuit Lusaticum una cum N futurarum editionum fundamentum esse debere, sive id firmari potest sive minus,[5]) ita certe nunc pro solo Lusatico tota classis

FH; quae ex fonte deperdito prompta esse etsi non probat, tamen in posteriore pagina hanc explicandi viam admittit!

[1]) fortasse etiam H ex eodem fonte hausit, cf. Postgate p. 35. Idem v. d. aliam profert explicandi rationem, quam etsi non probo tamen memoratu dignam affero: apographon ex codice N esse confectum; quod praeter alia lectionesque N codicis ea quoque continuisse quae nunc in HV_2 extarent. Hunc esse fontem communem Parisini et Urbinatis itaque explicari tales locos qui propius ab x abessent quam N codicis lectiones.

[2]) cf. Berl. philol. Wochenschrift XVIII (1898) p. 1291. — Zur Monobiblos und zum Codex N des Properz Mus. Rhen. LXIV (1909) p. 393. — praef. Propertii l. l. col. XLVI adnot. 3. — Kritik und Hermeneutik p. 17.

[3]) P. Koehler, De Properti codice Lusatico Marpurgi 1899. — Philol. LXIV (1905) p. 410 sqq.

[4]) l. l. p. 62.

[5]) Koehleri judicium secutus est Rasi (Rivista di filologia 1906 p. 454); Richmond quoque l. l. p. 164 eum una cum μv (v = U) N codicis socium in textu constituendo esse jubet. — In Lusaticum impugnaverunt Postgate Class. Review XX (1906) p. 349; Hosius praef. p. IX sq.; Haenel l. l. p. 6; Neumann l. l. p. 93.

de qua dixi substituenda erit; itaque adhibitis vμ codicibus haec quaestio iterum tractanda erit. — Ad summam: mihi deteriores codices ab editoribus nimis neglecti esse videntur et in futurum magis animum in eos advertamus necesse est quo plures in lucem proferuntur novaeque collationes emittuntur (cf. e. g. infra p. 22, 46—49).

Ad Neumanni dissertationem nonnulla habeo quae hoc loco proferam et corrigens et addens. p. 35 de eo agit quod N codex plane caret inscriptionibus: 'quae certo exstarent, si N ex fonte plane eodem ortus esset atque Urbinas titulis ornatus. Neque enim puto librarium Neapolitani, si tituli in exemplari, quod descripsit, ei occurrissent, eos omissurum fuisse. Ergo verisimile non est N et U ex eodem fonte esse derivatos.' Causam ex qua in N inscriptiones desunt duobus locis praefationis luculenter docuit Birt, primum col. X: 'quae si desunt consulto praetermissae sunt. Nam in archetypo quem secutus est N defuisse illae vix possunt . . . membranae ut parceret librarius eius nullum omnino spatium vacuum inter carmina intercedeıe passus est, sed omnia sedulo coartavit et indiscreta tot milia versuum defluere jussit a fol. 1 ad 71 nec nisi pictis initialibus carminum initia distinxit, quae tamen litterae nunquam ita ut interstitium ullum nascatur excrescunt.' Et infra col. XLIX—LII: 'In codice Neapolitano carminum litteras initiales, ut fieri solet, m. 1 (et item m. 2) non ipsa dedit sed etiam inscriptiones sive librorum sive carminum, quod gravissimum est, miniatori supplendas reliquerat . . . neque raro illo aevo hoc quoque accidisse constat quod in N accidit, ut artifex neglegentior suum pingendi officium non praestaret.' — Huius socordiae quam recte vocat Birt excusationem et causam apertissimam in eo positam fuisse evicit, quod margo codicis in quo et carminum tituli et librorum inscriptiones collocabantur (col. XLIX) paulo post ipsam membranam a m. 1 conscriptam a bibliopega resectus erat (col. L—LI). 'Quod impedimentum

pictor librarius cum animadvertisset, a proposito suo omnino destitit coactus atque, quod consequens fuit, etiam a librorum I et III et IV[1]) titulis pingendis abstinuit in eoque se continuit, ut initiales saltem carminum litteras a m. 1 praescriptas suis locis diligenter insereret coloribusque variaret' (LII).

Aliter deinde judicat Neumann de iis locis, ubi versus in N deficiunt aut mutilati sunt; p. 55—56 tabulam affert lectionum quae pertinent ad IV 11, 17—66; quibus adiecit p. 57 6 versus ubi N aut deest aut mutilatus est. Quamvis his locis omnibus LUv duobus exceptis semper concordent plerumque rectam lectionem exhibentes, tamen his codicibus auctoritatem quandam ne iis quidem locis tribuit, ubi soli rectam lectionem offerunt.[2]) Quid ipse censeam supra dixi.

Pergamus ad minora vel minutissima. p. 61 ut affinitatem nonnullorum codicum demonstret stemma ille profert et ita quidem ut Heukrathii sententiam exprimere sibi videatur. Sed vellem melius intellexisset Heukrathium. Nam illud φ, quod ponit Neumann, quid sibi velit nescio; item quomodo effectum sit ut codex F solus, non γ ex Φ derivatus sit, interrogo. Item quod utitur Neumann siglo $\delta^{\varkappa}$, id apud Heukrathium nusquam occurrit. — Denique quae dicit ille de re orthographica (p. 86), qua in re libros manuscriptos nulla fide dignos esse existimat, hoc loco corrigere meum est. Nam perbene dignosci possumus utrum aliqui liber recta et genuina tradat an falsa et depravata; etiam hac in re aliquam fidem libris inesse tenendum est; haec omnia ex licentia librariorum quae saepius quam fas est a v. d. ad partes vocatur pendere nimis est violenter dictum. Nam, ut Neumanni ipsius exemplo utar, adhibitis Brambachii, Neuei aliorum operibus facile diiudicatur rectene

[1]) item alterius libri vide col. LI.

[2]) Sibi non constans p. 92 in locis ubi N deficit Urbinatem saltem adhibendum esse concedit.

umida scribatur an *humida*, nisi forte hi viri frustra vixerunt.

Accedo ad sententiam quam p. 39 statuit Neumann examinandam. Contendit enim exemplisque allatis probat U codicem praeter eos locos quibus classis x lectionem praebet cum *Δ* et *Φ* codicibus conspirare ita, ut lectio DV (vel V solius) praevaleat. Quae ipse in hac re enucleavi, haec fere sunt quae summatim propono. Is qui Heucrathii quas de Lusatici cum reliquis codicibus affinitate confecit tabulas pro fundamento ponit, primum vinculum quo conexus est U cum *Φ* classis libris artius esse cognoscet quam Neumann concedit. Nam qui confert tab. II (consentiunt LFH) p. 26—27, tab. III (consentiunt NLFH) p. 27—31, tab. IV (consentiunt NLH) p. 32—35 cum Urbanitis lectionibus, videbit hunc codicem omnibus fere locis cum N*Φ* consentire, paucis admodum cum *Δ*.[1]) Utrum autem priore aliquo tempore liber U cum AFH codicibus fecerit et postea ex DV correcturas passus sit an potius contrarium in modum conflatus sit, discerni non potest. Nonnulla exempla affero quae mihi hac in re aliquid momenti habere visa sunt simul adiungens Hamburgensis Groningani Dresdensis lectiones:

I. UF(H) consentiunt.

II 24,25	pugnet NLDVhgd	III 10,27	iactu NLDVgd
	pugnat UFHM_1		tactu UFHM h pr. m.
28,29	meonias NLUDVhgd	11,38—39	adhaerent in NDVgd novam incipiunt elegiam ([De] Cleopatra) LUvFHMh
	meonidas Ucorr. FHM		
	inter heroidas omnis NLUFHMh		
	interque — — g	13	suprascriptum in DV [N om.]:
	inter et — — d		De avaritia et luxuria matronarum; in LUFHM:
	omnis herodias inter DV		
III 6,30	uita NHh		— — — luxu —
	uitta LDVd		
	uicta UFMg		

[1]) Locis plus ducentis quinquaginta qui in comparationem vocantur ducenties idem praebent NLUFH, cum quinquagies cum DV congruant Urbinatis lectiones.

II. UDV consentiunt.

II 1, 20	impositam	NLUAFMh
	impositum	U corr. DVgd
16, 12	una	NLFMhd
	illa	UDVg
20, 29	erinies	NUd
	crinies	L
	erimens	FM_1 (eriniens F_2)
	erines	h
	(h)erynides	DV
	erinides	U corr.
II 20, 29	erynnides	g
3, 24	ardidus	NUFd
	ardridus	L
	aridus	U corr. L_1DVh
	arduus	g
III 17, 23	lycurgum	N
	ligurgum	ULFH
	lycurgum	U corr. DVhgd
III 18, 5	dexter	NLFHM
	dester	h
	dextra	UDVgd

Res deinde in angustias eo deducitur quod sine dubio U_2 et ex Φ et ex Δ correcturas hausit, id quod Neumann p. 47 negavit.

III. U_2 consentit cum F(H).

II 25, 40	nostra	NLU_2HFM
	vestra	UDVhgd
29, 27	narratum	$NUDV_1hg$
	narrabitum	L narrabit F_2M_2
	narrabat	U_2FHd narrabant V_2mg
41	custode	reludor N
	—	recludor Uμ dh pr. m.
	—	rector LHh s. m.
II 25, 41	custos	recludor DVg
	custodis	rector U_2mg FM
31, 8	vivida	NU_2FHM_2gd
	invida	LUDVMh
34, 12	posses	$NLUV_2hgd$
	posses et	HDV
	posset et	U_2FM
IV 8, 24	malosa	NU
	molosa	LU_2FH mollosa h
	molossa	DVMgd

IV. U_2 consentit cum DV.

II 30, 16	sones	NLUhg
	senes	H
	senex	F_1
	sonet	U_2DVd
32, 13	platanis creber pariter	N
	creb. plat. —	LUμ FHMhd
	creb. par. plat.	U_2DVg
33, 29	cicropiis	NLUFH
II 33, 29	cecropiis	U_2DV
III 5, 35	flamma boon	N
	— palustra	FHM
	plaustra bootes	U_2LDV gd, boetes h
	— boones	U_1 μ
IV 8, 45	secundo	NLUFH
	secundos	U_2DVhgd

Denique affero nonnullos locos in quibus qui nobis in promptu sunt codices non sufficiunt ad explicandas lectiones; itaque fontem nunc amissum (z) hoc loco subesse mihi probabile est:

II 26, 50	profudit	NLHDVhg
	perfudit	UF
	refudit	U_2MDmg d
III 22, 23	litumnus	NUhms. (ex litintinus h)
	clitumnus	LU_2F_2Mg
		om. F

III 22, 23	dlitumnus	d
	liciminus	HD
	liciinus	V
IV 6, 25	neruis	NUFHDV
	nereus	LU_2vF_2hgd
	nerius	M

Ex his autem locis apparet et U et U_2 ex Φ et Δ classibus correcturas sumpsisse; scilicet quibusdam locis classis Φ lectionem ex Δ et contrarium in modum Δ classis ex Φ correctam esse.

Sed iam redeat unde deflexit oratio. De deterioribus libris pauca addenda sunt. Plerumque plane neglegi possunt hi libri inprimis qui ad y spectant; omitto igitur Barberinum Casanatensem Cuiacianum Ottobonianos alios multos. De Memmiano sive Parisino 8233 (μ) qui consanguinitate quadam junctus est cum x classi breviter adnoto hic illic eum adhibendum esse; huius rei causas supra attuli p. 5. — Accedunt nonnulla de Hamburgensi Groningano Dresdensi fide carentibus et paene oblivione obrutis. Re vera de Dresdensi post Hertzbergium omnes v. d. tacent nisi quod Postgate Dresdensem et Hamburgensem in adnotatiuncula commemorat, Groninganum paucis absolvit (p. 49, 55—56). Praeterea Hamburgensis anno 1884 in examen vocatus est a Francogallico v. d. (Plessis, l. l. p. 41) praecedente Baehrensio proll. p. X. Concludit autem Plessis eum vix inferiorem ceteris y libris et in hanc y classem recipiendum esse, id quod Housman causis quidem quas attulit Plessis perpensis jure rejecit (The Journ. of Phil. XXII (1894) p. 124). De Groningano deinde ex Lachmanni temporibus (edit. anno 1816 praef. p. X) qui eum ipsi Neapolitano anteposuit usque ad Baehrensii editionem anno 1880 confectam disceptaverunt iterum ac saepius viri docti ita, ut si ad extremum spectas eum neglegi posse censerent.[1]) Frustra eius auctoritatem servare

[1]) Bene de his disputationibus rettulit Plessis p. 31—34.

studuerunt Luc. Mueller (praef. p. VI) et eum secutus Plessis p. 42. Adeas denique quae Housman exposuit Journ. of Phil. XXII (1894) p. 116—122.

Ex his autem saec. XV libris Hamburgensis solus memoratu dignus est et ea quidem de causa, quod codicis A — qui nisi maiorem eius partem desideraremus fortasse praestantissimus post Neapolitanum esset librorum Propertianorum — lectiones hic illic eum servasse[1]) valde probabile est. Nam de fontibus eius deliberans inveni inprimis codd. AFH lectiones eum praebere,[2]) praeterea nonnulla ex stirpe DV sumpta; artissime autem ille conexus esse videtur cum A, cuius cum sriptura multis locis consentit. Testimonio sunt nonnulla exempla[3]) quae etsi ad rem orthographicam spectant, tamen aliquid momenti habere mihi visa sunt:

I 1, 20 yppodamia hA ‖ ippodamia N_1L ʽippodamia U hippodamia DVMgd

7, 21 Tum] tu hA ‖ tunc g tum cett.

15, 9 chalipso hA ‖ Calypso NLV_2Mgd calipso UFDV

20, 31 Orithyiae] oriothie hA ‖ orithie ND orythie L orithyae U orionthie F orithiae F_2mg orionthiae M orithye V_1 horithyiae V_2 orynthie g orithyia d.

Ceteris quadraginta quinque fere locis libri I Ham-

---

1) maxime eis locis ubi cum N facit.

2) sic Richmond quoque l. l. p. 165 (cf. p. 13 adn. 3). Baehrens proll. p. X perperam eum ex F solo jam correctorem passo neglegenter transscriptum esse facit. Propius a vero abest Plessis, sed tamen critica ratione expers est judicium eius dicentis p. 41: ʽD'un autre côté, je trouve le Hamburgensis n'est guère inférieur aux manuscrits de M. Baehrens et que Hertzberg n'avait pas tort (sic!) de l'admettre dans sa récension . . . (!) il concorde en effet le plus souvent avec AFN; mais il se rencontre aussi quelquefois avec DV, ce qui paraît avoir échappé à M. Baehrens . . .ʼ p. 44: ʽH (= h) . . . se rattachant d'une manière certaine à la première par F m 2.ʼ Tali ratione auctoritatem eius minime probari haud inepte dicas.

3) Baehrensianam codicis A collationem correxerunt Postgate p. 58 et Birt praef. col. X—XI.

burgensis, ubi insigni modo codicis A lectionem exhibet, simul conspirat cum F (F_2); cum F solo uno tantum loco facit I 20, 9: giganthea hF || gigantea cett. Praeterea in libro primo viginti quinque fere locis classis Δ lectionem praebet. — Itaque saepius eum adhibui non sine fructu. Ceteri duo codices (gd) ex DV provenisse videntur, nisi quod hic illic AF codicum lectiones et codicis cuiusdam N similis praebent.[1]) Longum est exempla afferre;[2]) nec non quae de Hamburgensi brevissime exposui ad auctoritatem eius firmandam non sufficere haud ignoro; iterum igitur res examinanda est.[3])

His absolutis jam audeo stemma codicum proferre quamvis id officium aggredi dubitaverit editor J. S. Phillimore in praefatione dicens: 'Res nimium incerta uisa, quam ut stemmata codicum conflaremus, cum unum N ceteris universis pluris faciendum esse liqueret.' — Priorum tentamina Housman collegit suam ipsius et aliorum sententias ita explicans ut stemmata appingeret l. l. XXI (1893) p. 103, 108—109. Quae[4]) adeas quaeso, ut quibus ab his differam sentias. Hoc meum est:


---

[1]) similiter Plessis de G (= g) fontibus p. 41 loquitur: 'G confondant . . . deux familles, mais suivant plutôt la seconde (= DV) par l'intermédiaire de V m 2.'

[2]) vide e. g. p. 12 Calypso.

[3]) Qua in re simul apparebit codicem Holkhamicum qui ex II 21, 3 demum incipit in futurum ex apparatu critico removendum esse; pro eo integer testis h classi y inserendus est. — Ceterum his jam conscriptis video Richmondum l. l. p. 164 sqq. Hamburgensem a se denuo collatum una cum fratre eius, Bruxellensi quodam, in apparatum recipi velle; mirum in modum Holkhamicum quoque retinet (p. 164—165: 'I can attach a family of two to the gens AFL (L = H).' — p. 165: BH are closely akin to AFL.'

[4]) item Richmondi stemma l. l. p. 196 depictum.



Etsi persentio nonnulla incertiora inesse quae ut futuris quaestionibus explanentur postulant tamen haud ab re duxi post Heukrathii de L et H, Haeneli de M, Neumanni de U quaestiones proposita illa imagine praesentem statum artis et scientiae Propertianae explicare et quid ipse de codicum affinitate tot lectionibus consideratis mihi persuaserim proferre.[1]) In universum animum advertas necesse est ad disputationes Heukrathii pgg. 38 sqq., 45—52, Neumanni pgg. 71 sqq., 77, 85—86,

[1]) Ne res nimis accresceret atque conturbaretur Hamburgensem Groninganum Dresdensem in tabula omisi.

Haeneli pgg. 47—51. Ne autem erret qui stemma inspicit, siglum x_2 idem esse quod Heukrath p. 47 x^1 appellavit animo teneat; hunc codicem ex fonte nunc amisso correcturas passum esse supra jam dixi; x_3 deinde, quem fontem communem esse feci Uvμ codicum,[1]) locus est quo omnes convenerunt correctiones sive ex Φ sive ex DV sumptae. Quas ego quatenus ad U non correctum spectant ad unum communem fontem ($\gamma_2 = \gamma$ correctum Heukrathii p. 52) referre non dubito; unde vero U_2 hauserit incertus haereo; fortasse x_3 iterum ac saepius correctus est ita ut U_2 non nisi ultimam textus conformationem quae fuit in x_3 acceperit. — γ_1 fons communis H et L codicum est ($= \gamma$ Heukrathii p. 38), φ codex intermedius inter F et M ($=$ X Haeneli p. 45 sqq.). Cetera per se explicantur aut aliunde satis nota sunt.

Confecto hoc de libris msscr. capite nunc ad rem grammaticam accedimus. In universum in capite proximo non nisi electionem propono varietatis lectionum; ubi tamen res postulabat totum apparatum criticum quantum fieri potuit adscripsi. Et quidem quod attinet ad tabulas huic parti additas moneo haec: partes apparatus critici per columnas dispositae nullam inter se communionem habent; distinxi enim secundum classes x et y variam lectionem in duas partes et lineis seclusi, intermissis Lusatico et Urbinate, ut ipse qui legit facile de iis judicare possit si velit Quas in unamquamque partem inserui litterae solae nulla adscripta lectione collocatae non spectant nisi ad eam scripturam quae extra lineas collacata conspicitur. — Jam vero ut a declinatione initium faciamus primo capite de nominibus propriis verba faciam.

---

[1]) Neumann p. 77 v codicem ex x_2 provenisse putat; mihi propter artiorem conexum quo iunctos esse Uv ipse contendit Neumann probabilius est visum v ex x_3 repetere.

De declinatione.

A. De nominum peregrinorum, inprimis Graecorum, flexione.

Properti elegias investiganti haud raro formae e Graeca lingua petitae occurrent quarum alterae et quidem maior pars in Graecum, alterae quae sunt multo minores numero in patrium modum terminari solent per singulas quae vocantur declinationes. Hoc loco primum quaerendum est qua ratione **nominativi primae declinationis** formati sint. Atque exordium capiamus a facillimis id est ab eo quod saepissime in nominativis et vocativis nominum propriorum feminini generis Propertius Graecam formam patriae praetulit, quam rationem jam ab Accii et Lucilii temporibus valde increbruisse testatur L. Mueller de re metrica[2] p. 487.[1])

Haec sunt eius generis exempla in utraque lingua in *-e* finientia codicibus et metro firmata:

a) nominativi

	(x) N	(x) LU (vμ)	(y) AFHDVMhgdς
Amymone 2, 26[b], 47	ammimone N	ammimone L1 aminione U1	a minione FM1 amimone DVh V2g amynione d amimnone g
Andromede I 3, 4; II 28, 21;			
— IV 7, 63	Andromedaeq N	Andromed(a)eque UvL	hd; Andromadeq F Andromadaeq DV Andromad(a)eque MHg

[1]) cf. quoque Valerii epigramma (Varro L. L. X 70):
Attius Hectorem nolet facere, Hectora malet.

Antiope III 15, 22; *Calliope* II 1, 3; III 3, 51;

Cassiope I 17, 3	Casiope N	casyope L casiope U	(ex caliope: F) casiopae DV A; calliope M gd casyope h

Cymothoe II 26, 16;

Danae II 32, 59	dane N	dane LU	danne HDV Fhgd; dane M

Dirce III 15, 11; 15, 39; *Euadne* I 15, 21; III 13, 24;
Europe II 28c, 52; *Helene* III 14, 19;

Hypsipyle I 15,18	Hysiphile N	hypsiphile L (p del m.1) hysiphile U	p d; Hysiphile A ysiphyle F Hipsipile D Hipsipyle V (y ex corr. m. 1) hysiphile hg
Hypsipyle I 15,19	Hypsiphile N	Hysiphile LU	d; Hypsiphile A ysiphile F Hipsipile DV (-yle) Isiphyle M Hysiphile hg

Iole IV 5, 35; *Iope* II 28c, 51; *Ischomache* II 2, 9;

Lalage IV 7, 45	lalace N	lalace LU	hdDV; lalace FHM lalagae g
Lampetie III 12, 30	lampathiae N	Lampathie LU Lampathiae U	Lampathie F h; Lamphatie H Lamphitie M Lamphatiae DVd Lampat(h)iae V_2g

Niobe II 20, 7; *Omphale* III 11, 17;

Pasiphae II 28c, 52	pasiphea N Ξ	L a pasiphe U	phasiph. F_2H FMhd; pasiphone DV_1g

Penelope II 9, 3; III 13, 24; *Petale* IV 7, 43;
Phoebe I 2, 15; *Phryne* II 6, 6.

Accedunt ea quae codicibus solis firmata sunt

Amycle IV 5, 35	åmicle N	omicle LU	omicle FH omincle D V_2d; amicle V_1 Ξ amicla(e) hg

Cybēle III 17, 35	cibele N	cibelė LU	Cybele FM cibele Hh[1]) Cybelle DVgd (-ae) B. Ho. Cybebe vulgo L. M.

De hoc autem nomine postremo plura disputanda esse video; ordiendum est ab Nonno:

Dion. XVII 63 (Ludw.) μητρὸς ἑῆς παρὰ δόρπον ὀρεσσαύλοιο Κυβήλης.

Quamquam enim prosodia *Cybēle* raro invenitur (Col. X 220: casta Cybēles; Sil. Ital. VIII 363: Almone Cybēlen; IX 293 veneranda Cybele; XVII 8: portante Cybele) et quamvis testetur Serv. ad Verg. Aen. X 220: 'Cybebe autem bacchius est; nam Cybele anapaestus est[2]) ut ⟨III 111⟩: hic mater cultrix Cybele . . .', tamen Nonnus poeta quem attuli idoneus testis est neque video cur in hac quaestione formam bene traditam non concedamus Propertio; nam formam *cibēle* in archetypo eius scriptam fuisse varia lectio adscripta bene indicat, contra *Cybelle* (ita B. Ho. auctoribus DV scripserunt) in tota latinitate non invenitur nisi incert. carm. contr. pag. v. 122 (poet. lat. min. Bhr. p. 53) et formam *Cybēbe* saepe quidem edunt, sed multo rarius ea traditur quam *Cibele* vel *Cibelle* in libris poetarum manuscriptis et inscriptionibus. De *Cybelle* cf. infra *phasellus* p. 51. Idem cadit in ceteros locos

Cybēle III 22, 3	cibele N	cibele LUv	M; cybille F cybelle DV -ae d cybelae g (h ?)
Cybēlen IV 11, 51	⟨N deest⟩	cybelen L[3]) cibelen Uvμ	cibelem FHMh cybellem DVgd
Cybēles IV 7, 61	cybeles N	cybeles LU	cibelles F cybelles DV cibeles h[1]) M_2 cybeles gd

Quis putabit omnibus his locis *b* litteram in *l* mutatam esse a librariis?

[1]) sic quoque in A scriptum fuisse mihi persuasi auctore h codice cf. praef. p. 12—13.

[2]) quocum etiam consentit inscriptionum usus.

[3]) LUvμ hoc loco classis x lectionem servasse mihi persuasi.

Aliter Thesaurus l. l. suppl. fasc. IV p. 779—80 de hac re judicat, qui IV 11, 51 formam *Cybellen*, ceteris locis *Cybeben* postulat! cf. praeterea Neue, Formenlehre der lat. Sprache I³ p. 80, 95 qui tamen non omnia recte attulit.

b) vocativi

et metri legibus et libb. mss. testimoniis firmata *Antiope* III 15, 39; *Aracynthe* III 15, 42; *Calliope* IV 6, 12; *Cymothoe* II 26, 16; *Hippolyte* IV 3, 43; *Leucothoe* II 26, 10; *Persephone* II 28ᶜ, 47; *Sparte* III 14, 1.

Item nominum patronymicorum nominativi praeter *Atridă* II 14, 1[1]) graeca ratione formati extant hi codicum consensu postulati *Amphitryoniades* IV 9, 1; *Atrides* III 7, 23; IV 1, 112; *Pelides* II 22, 34; *Phillyrides* II 1, 60; *Phylacides* I 19, 7; quibus in locis latinam terminationem propter metri leges ferri non posse praeter III 7, 23 (accedit II 1, 60) recte adnotavit Heymann p. 12.

Addo vocativum *Oiliade* IV 1, 117 et duo nomina propria quae Attico sermone nom. sing. *ā* praebent, in omnibus autem Properti manuscriptis *e* litteram exhibent *Hypermestre* IV 7, 63; 7, 67; *Parthenie* IV 7, 74. Huc etiam pertinet vocativus *Nesaee* II 26, 16.

Quibus perspectis eos enumero nominativos casus qui apud Graecos aut in -*α* aut in -*η* terminantur et latine in -*ă* litteram cadunt. Sunt exempla *Electră* II 14, 5; *Creusă* II 16, 30; 21, 12; *Troiă* II 3, 34; 8, 10; IV 1, 114.[2])

De his nulla offensio est formis nisi quod *Electră* II 14, 5 correpta finali in arsi extat. Et re vera in duobus libris U h (electrą U) producta forma traditur quam librariorum vel

[1]) cf. Charisius GLK I 67, 11: nam masculina modo 'es' modo 'a' nominativo casu ueteres terminaverunt uelut Anchises Anchisa, Chryses Chrysa, Attes Atta, similiter Atrides Atrida ut Propertius ⟨sequ. locus⟩.

[2]) cf. Priscianus GLK II 202, 16: Hoc etiam sciendum quod omnis nominativus in -a desinens corripitur, quamvis sit apud Graecos productus, ut Lydiă Syriă Phrygiă Italiă Hispaniă.

humanistarum mutationem esse aperte docet etiam hoc tempore editorum usus, qui talibus locis traditae lectioni fidem abrogare non desinunt; adeas quae contra exposuit Birt de plane simili loco disserens in editione Catalepton p. 110—11. Vergili locum appono:

Cynthius et Musa, Bacchus et Aglaie.

Plura exempla collegit Birt in libro: Kritik und Hermeneutik p. 71—72, 377, ex quibus commemoro:

Aetna 6: Seu tibi Dodona potior, tecumque faventes.

Praeterea testimonio sunt apud Propertium formae hae ori Latino adaptatae metro et codicibus firmatae *Ariadnă* II 3, 18; III 17, 8; *Eriphylă* (voc.) III 13, 57. Incertum est propter elisionem *Eriphyla* II 16, 29. Restat ut moneam Heymannum l. l. p. 9 per errorem *Andromacha* II 20, 3 inter vocativos referre; est enim ablativus (recte ipse in insequenti pagina).

genetivi primae declinationis.

In hoc casu formando Propertium sicut ceteros aureae aetatis scriptores optimos latinam terminationem praeposuisse Graecae[1]) his exemplis demonstratur *Antigonae* II 8, 21; *Andromachae* II 22, 31; *Andromedae* III 22, 29; *Antiopae* I 4, 5; *Circae* III 12, 27; *Clytaemestrae* III 19, 19; IV 7, 57; *Corinnae* II 3, 21; *Helenae* III 8, 32; *Hermionae* I 4, 6; *Hippodamiae* I 8, 35; *Ledae* I 13, 30;[2]) *Libyae* IV 1, 103; *Medeae* IV 5, 41; *Niobae* III 10, 8; *Pagasae* I 20, 17; *Persephonae* II 28, 48. Tamen reperiuntur quattuor formae Graecorum more declinatae metro codicibusque firmatae, quarum tamen nulla monobiblo inest *Danaes* II 20, 10; 20, 12; *Helles* III 22, 5; *Tisiphones* III 5, 40.

---

[1]) cf. Neue I^3 p. 97: Der (Genetiv) der Nomina auf -e hat -es, und insofern ein Nom. auf -a vorausgesetzt wird, -ae; idem p. 98: Herrschend wird der Gen. auf -es erst bei den Dichtern von Ovid an.

[2]) Ledae I 30, 29 est dativus quem Heymann p. 10 genetivum esse judicat.

Quibus adiungo duos locos de quibus diversum in modum judicandum est

Lampeties III 12, 29	Lampathiae sithicis N	Lampathie sithicis L Lampathie scithicis Uv	Lamphatie syticis F — sciticis M Lamphatye syticis H Lamphatiae scythicis DV Lampathiae {siticis h / scythicis d} Lampatiae scyticis g
Penelopes III 12, 38	penelope N	penolope Lμ penolopae U	penolope FHM penelope DVh penelopes V_2d penolopes g

Quod attinet ad quattuor formas supra allatas haec forsitan causa fuerit ex qua orta sit scriptura graeca. Illud *Danaes*

II 20, 10 Sint mea vel Danaes condita membra domo

et 12 Ferratam Danaes transiliamque domum

ut versus melius sonarent — aliter enim abundarent *a* vocali — dictum esse apparet, cum cetera exempla hiatum ut evitaret Propertium hunc in modum formasse facile concedas. Idem cadit in *Lampeties* III 12, 29:

Lampeties Ithacis veribus mugisse iuvencos.

Jam in *ω* hoc loco *s* litteram finalem vocis *Lampeties* insequenti verbo adscriptam fuisse consensus omnium codicum indicat. Neque refragantur NDVhgd qui invita Minerva *-e* in *-ae* mutantes errorem amplificaverunt. Id tantum reprehendere possis, quod graeca forma *σιγματισμόν* quem vocant[1]) efficit; sed hoc non tanti momenti est ut ob eam solam causam latinam formam recipiamus.

Aliter agendum esse censeo de III 12, 38. Etsi concedo formam *Penelopae* in omnibus fere libris exhiberi, tamen quominus eam recipiamus duae causae obstant. Primum hiatum efficit latina forma. Sed hoc parvi refert; nam sine dubio Propertius hiatum omissis eis locis ubi post exclamationes extat quinque locis sibi concessit.[2]) Maioris

[1]) adeas Birtium, Kritik und Hermeneutik p. 78—79, 277, 377.

[2]) II 15, 1 *felicem o*; 32, 45 *illam impune*; III 7, 29 *curuae et*;

autem momenti hoc est versum suavi sono plane carere si latine flectis ita ut eaedem syllabae complodantur[1]:

Vincit Penelopae Aelia Galla fidem.

Itaque cum V_2d(g) *Penelopes* legendum esse commendaverim — sic recte editores —; qua in re hoc quoque in animo consideremus necesse est fortasse hoc loco V_2 ex fonte nunc deperdito[2] — quem in stemmatis figura littera *z* designavi — hausisse quem d g item secuti esse possint.[3])

His satis perpensis priusquam ad dativum transeamus masculina nomina propria colligenda sunt quae latinum genetivum in *-ae* cadentem praebent[4]) *Aeneae* II 34, 63; *Archytae* IV 1, 77; *Thamyrae* II 22, 19; *Alcidae* II 24^b, 34; *Cambysae* II 26^b, 23; *Philoctetae* II 1, 59; *Lapithae* II 2, 9.

dativi primae declinationis.

Hylae I 20, 6;

Idae I 2, 17	ida^e N	Ida LUμ	V_2g; yda AFh Ida DVM

Lycotae IV 3, 1; *Atridae* III 18, 30.

Latinam formam invenimus in femininis sicut in ablativis.[5])

49 *thalamo aut*; 11, 17 *Omphale in*; vix II 5, 25 *circuiere* ubi praeterea *circumiere* legendum erit.

[1]) id quod improbant grammatici; vide Birt, Kritik und Hermeneutik p. 78.

[2]) cf. praef. p. 6; 10—11.

[3]) cf. praef. p. 13.

[4]) cf. Neue I^3 p. 97: Der Genetiv der Nomina auf -as und -es hat -ae (alt ai).

[5]) Adversus Prisciani auctoritatem GLK II 2, 290: Ablativus primae declinationis in -a productam disinit . . . Est autem quando hunc quoque poetae -e producta terminant in Graecis nominibus quae dativum Graecum in -η finiunt. — Neue I^3 p. 96: Der Ablativ der Nomina auf -es und -e hat gewöhnlich e.

Reperiuntur dativi
(ubique fere *-e* pro *-ae* traditur):

Alcmenae II 22, 25; *Andromedae* III 22, 29; *Antiopae* III 15, 19; *Ledae* I 13, 29; *Persephonae* II 13, 26; *Semelae* II 28, 27.

ablativi

Andromacha II 20, 2; *Helena* II 1, 50; 34, 88.

Semela II 30, 29	N	a L Semele U	semel FH hgd Semele DVM

Hic autem agendum est de *Semele* forma. Nam cum in universum ablativus nominum in *-es* et *-e* finientium in *-a* desinat (cf. Neue I^3 p. 96) interdum poetae eum in *-e* finiunt etiam in Graecis nominibus quibusdam (cf. Priscianus GLKII 290, 11 ⟨= supra p. 22 adn. 5⟩). Sed hoc loco qui est II 30, 29 non traditur nisi in DV(M) *Semele*, incerti sunt FH, itaque lectionem *Semela* cuius testes meliores sunt NLUh[1])gd sequemur. Praeterea huius vocis ablativus in *-e* finiens nullo loco extat.

accusativus primae declinationis

Primum constat Propertium in iis maxime nominibus quorum nominativum graeca ratione formavit accusativum quoque graecum adhibuisse duobus exceptis formis

Helenam II 3, 32;

Penelopem IV 5, 7	penelopē N	pene- L lopem U	h; penolopem FH penelopen DVgd

cf. *Aganem* Juv. VII 87 (Th. Birt, Kritik u. Hermeneutik p. 34).

Reperiuntur igitur

Antiopen III 15, 12; *Dircen* III 15, 38; *Heben* I 13, 23; *Hellen* II 26, 5; *Leucothoen* II 28, 20;

Meroen IV 6, 78	meroin N	meroin LU	V_2mg d; meroin HhM meroyn F mereœn D miroin V

Ossan[2]) II 1, 19 (tytan A thitan F_1 titan M_1).

---

[1]) sic quoque in A scriptum fuisse mihi persuasi auctore h codice; vide praef. p. 12—13.

[2]) cf. Priscian. GLK II 287, 18: Accusativum quoque Graecum in

Deinde etiam in patronymicorum nominum formatione easdem rationes secutus est; metro et codicum consensu probatur *Ixioniden* II 1, 38; ubi sequitur consonans littera item auctoritate librorum manuscriptorum satis certi esse videntur loci *Aesoniden* I 15, 17 (esoniden NUA esonidem Lh exoniden μ F — dem DV aesonidem Vgd); *Menoetiaden* II 1, 38 (d? meneciaden NLUAVg menetiaden h; meneaciden FD (vel -ē Fmg) — mM). In voce *Alcides* usus est varius librorum manuscriptorum in lingua latina. Etiam ante consonantem apud poetas saepe omnes libri mss. servaverunt formam *Alciden*; dicenda est forma *Alcidem* omnino inferiore auctoritate esse.[1]) Quapropter cum in Propertio recentiores editores Baehrens et Hosius sane libris mss. permoti scripserint *Alcidem*, ego commendaverim formam graecam non nisi ab U d traditam *Alciden* IV 9, 38.

Deinde res deducitur in angustias. Agitur de accusativo nominum propriorum nominativo in *-as* exeuntium.[2]) Ratio editorum est varia: Baehrens et Hosius semper formam in *-am* desinentem et in manuscriptis exhibitam retinent, alii (Lachmann, Lucianus Mueller) contra libros formam in *-an* exeuntem receperunt; alii denique ambas miscent scripturas. Quin libri Properti manuscripti in hac re non omnino fide digni sint nemo est qui dubitet; quod si statuimus tamen hoc argumento solo nihil proficitur. Accusativum etiam reliquarum declinationum in nominibus propriis peregrinis passim graeca ratione formatum esse maioris momenti est. Sed maximi hoc quod Housman l. l. docuit: formas per *-am* scriptas et omnino non usitatas et apud aureae aetatis poetas raro inveniri. Itaque de

---

femininis invenimus a poetis proferri sed raro. v. Neue I³ p. 87: Solche Nomina, welche im Griech. ein kurzes *-α* haben, können auch im Latein. den Akkusativ auf kurzes -an bilden.

[1]) v. Thes. l. l. col. 1516 qui recte postulat Graecam formam.

[2]) Ad hanc rem cf. A. E. Housman: Greek nouns in latin poetry The journal of philology XXXI (1910) pgg. 254 sqq.

quattuor eius generis formis cum Heymanno l. l. p. 12 consentire cogor, qui ei scripturae quam codices exhibent fidem se habere posse negat; postulo

Aenean[1]) IV 1, 2	eneā N	Aenean L U	g; (a)eneam FVhd eneā H aeneā D
Borean[2]) II 26, 51	boreā N	boream L U	boream cett.
Hylan I 20, 52	hylā N	hylā L Hylan U	d; ylam A ilam FM hylam DVh
Philitan[3]) II 34, 31	philitā N	philitā = L philitam U	filitā F philitā Hh philitam DVd philitem g philetam M

Notandum est recte scribere IV 1, 2 LUg *Aenean*, I 20, 52 Ud *Hylan*.

Videamus nunc alterius declinationis exempla.

nominativi secundae declinationis.

In his inconstantia quaedam atque fluctuatio cognosci potest qua poeta modo graeca modo latina forma utitur, et quidem hoc modo, ut formas quae in linguam latinam magis receptae erant latine terminaret, cum inusitatiores — e. g. *isthmos, lotos* alias dico — graeca ratione efferret.

Extant igitur hae formae latinae: *Amphiaraus* III 13, 58; *crystallus*[4]) IV 3, 52; *Cyzicus*[5]) III 22, 1; *Parnasus*[6]) III 13, 54,

---

[1]) aliter Thes. l. l. s. v. I col. 982.

[2]) vide Thes. l. l. s. v. II col. 2130, 2132 quocum etiam in hac voce scribenda dissentio.

[3]) de scriptura egit Croenert Herm. XXXVII (1902) p. 221.

[4]) nom. *crystallos* Lucan X 160; *crystallum* Vulg. apocal. 21, 11.

[5]) raro invenitur: praeter hunc locum non nisi accusativum latine formatum novimus Cic. l. agr. II 15, 39, Verr. V 48, 12; ceteris locis *Cycicos* scribitur: Priap. 75, 13; Anon. Rav. II 18.

[6]) nom. *Parnasos* Senec. Oed. 281 (Leo).

quibus opponuntur graecae formae: *Isthmos*[1]) III 21, 22; 22, 2;[2]) *lotos*[3]) III 22, 27; *Oricos*[4]) I 8, 20; *Tyros*[5]) III 13, 7. Neutra sane metri causa non nisi in *-on* flectuntur *Ilion*[6]) III 1, 31; *Pelion*[7]) II 1, 20. Omnia haec retinenda sunt.

In praetereundo notamus vocativum *Menandre* III 21, 28.

accusativus secundae declinationis.

Praeter unam formam *costum* IV 6, 5 etiam hoc in casu formando Graeca terminatione usum esse Propertium docent *beryllon* IV 7, 9; *cinnamon* III 13, 8; *Horon* IV 1, 78; *Patroclon* II 8, 33.

Has scripturas res metrica testatur; accedunt formae solis libris manuscriptis, non metro firmatae *Delon* IV 6, 27; *Naxon* III 17, 27. Sed singulare illud *costum* IV 6, 5 non in *coston* emendandum esse proponam (sic Heymann l. l. p. 13), cum illius formae in *-on* exeuntis nullum aliud exemplum habeamus apud aureae aetatis poetas. Extat *ἅπαξ εἰρημένον* Auson 123, 5. cf. Thes. l. l. vol. IV col. 1085. Conferre cum illo *costum* licet *crystallus*, quam formam item recepit lingua latina.

His expositis procedamus ad **tertiam declinationem.**

Moneo autem in insequentes tabulas nisi ea verba quae graecam speciem prae se ferunt non recepta esse. Quod maxime cadit in nominativum singularis et nominativum et genetivum pluralis, quae formae quia nusquam a communi declinandi usu discedunt omittuntur. Sed ratio habita est omnium earum formarum quas aut binis terminationibus,

---

1) saepius invenitur quam *Isthmus* cf. Neue I³ p. 203.

2) hoc loco arte coniunctae extant formae *Isthmos* et *Cyzicus* (22, 1)!

3) sic semper; *lotus* nullo loco videtur extare.

4) raro; praeter hunc locum: Luc. Phars. III 187 acc. *Oricon*.

5) latina forma Stat. silv. I 5, 39; Oros. III 17, 9.

6) ita fere semper; *Ilium* non nisi Verg. Aen. II 325, 625; III 3, 109; V 756 saep.

7) nom. *Pelius* Cic. de fato XV 35; Plin. n. h. IV 8, 15.

graeca vel latina, apud poetas scriptas aut immutatam graecanicam speciem praebere videmus.

De nominativis *Castŏr* III 14, 17 et *Hectŏr* II 23, 24 breviter adnoto syllabam finalem *-or* ut fieri solet corripi; cf. Birt Catalepton p. 59: 'rhetor v. 2 hat kurze Schlußsilbe (vgl. Horaz, Epist. II 2, 87, Martial 5, 21) . . .' Sequuntur formae graecae *Amphion* III 15, 42; *Arion* II 34, 37; *Chiron* II 1, 60; *crater* III 17, 37.

Quibus adiungo non nulla nomina propria feminini generis quae apud Graecos plerumque in *-ίς* cadunt *Acanthis* IV 5, 63; *Briseis* II 9, 9; *Calais* I 20, 26; *Charybdis* II 26, 54; III 12, 28; *Colchis* II 1, 54; *Cytaeis* II 4, 17; *Inachis* II 33, 4; *Latris* IV 7, 75; *Leucippis* I 2, 15; *Maeotis* III 11, 14; *Minois* II 14, 7; *Salmonis* III 19, 13; *Strymonis* IV 4, 72; *Thais* IV 5, 43; *Tyndaris* II 32, 31.

De genetivo huius declinationis monendum est Propertium ea nomina quorum nominativus in *-ωρ* vel *-ων* finit, ad communem linguae latinae usum declinasse ut longum sit ea omnia proferre, qualia *Castoris* II 7, 16; *Heliconis* III 3, 1.

Deinde nobis de iis nominibus propriis dicendum est quorum stirps in *-id* cadit et quibus Propertius graecam terminationem concessit; sunt sedecim exempla *Athamantidos* I 20, 19; III 22, 5; *baridos* III 11, 44; *Boebeidos* II 2, 11; *Briseidos* II 22, 29; *Chloridos* IV 7, 72; *Graucidos* IV 3, 55; *Iasidos* I 1, 10; *Inachidos* I 3, 20; *Laïdos* II 6, 1; *Nycteidos* I 4, 5; *Phasidos* I 20, 18; *Phorcidos* III 22, 8; *Phyllidos* IV 8, 57; *Tantalidos* II 31, 14; *Thaïdos* II 6, 3.

E contrario extat singularis ille genetivus latinum in modum formatus atque omnibus libris firmatus *Isidis* IV 5, 34 (conj. Beroaldus, ubi traditur sideris O (syderis H)). cf. Neue I³ p. 223—24, Charisius GLK I 89, 2; nempe ne apud alios quidem scriptores *Isidos* forma usquam comparuit.

Praeterea qui notentur digni sunt genetivi *Minois* II 32, 57; *Myos* III 9, 14 (Volscus, muros, miros sim. codd.);

Pallados IV 4, 45 (Palladis HDV); tribus autem locis scriptum videmus *Palladis* II 28, 12; 30, 18; III 20, 7.

Huius rei causa dubito an recte inde nobis repetenda esse videatur quod eis locis ubi genetivus latinus extat, agitur de Minerva ipsa dea:

II 28, 11/12: An contempta tibi Junonis templa Pelasgae
Palladis aut oculos ausa negare bonos
II 30, 18 Turpia cum faceret Palladis ora tumor
III 20, 7 Est tibi forma potens, sunt castae Palladis artes

cum illo singulari loco IV 4, 45 nihil aliud nisi Palladium significetur quod Vestae templo inerat quodque quin possiderent re vera Romani non dubitabant[1]):

IV 4, 45 Pallados extinctos si quis mirabitur ignes.

Fortasse etiam alia causa subest. Nam *Pallados* IV 4, 45 extat in versu qui *i* vocali jam satis abundat. Similiter II 28, 12 et in altera parte pentametri II 30, 18 *o* vocalis si nimis cumularetur aegre ferremus.

Sequitur aliud, nam ne illud quidem silentio praetereundum est quod bis genetivus in *-i* terminatus extat vocis *Achilles*. Quem genetivum a nominativo *Achilleus* ductum esse ita ut 'ei' terminatio per contractionem in *-i* transiret olim exposuit Heymann l. l. p. 14 sqq. Et hoc est quod vulgo credunt v. d. de hac voce ex parte id genus formas alteri declinationi quam vocamus attribuentes. cf. Neue I³ p. 504 sqq.; Thes. l. l. s. v. I p. 508 Kühner-Holzweissig, Ausführliche Lat. Gramm. II² p. 469. 495; item Charisius GLK I 23, 1; Priscian. GLK II 276, 2.

Fortasse autem rectius explicanda est forma hoc modo. Nominativus *Achilleus* a latinitate alienus fuit; ab eo autem quod est *Achilles* genetivus non solum in *-is* sed etiam in

---

[1]) cf. Flor. epit. rer. Rom. I 2, 3: Ille (= Numa Pompilius) ancilia atque Palladium secreta quaedam imperii pignora, Janumque geminum, fidem pacis ac belli: in primis focum Vestae virginibus colendum dedit, ut ad simulacrum coelestium siderum custos imperii flamma vigilaret.

-i vel *-ei* cadebat. Testis est Plautus qui offert illas *aerumnas Herculi* Persa 2, unde etiam apud Catullum si legitur *Herculei labos* LV, 13 genetivum agnoscimus. Nil lucramur ex Quintiliano qui adnotat I 5, 63: sic genetivus 'Ulixi' et 'Achilli' fecit . . . nec est quod Servium sequamur qui ad Verg. Aen. VIII 383 Asperum secutus docet: 'omnia enim quae in 'eus' exeunt hodie apud maiores in 'es' exibant, ut 'Nereus Neres' 'Tydeus Tydes', et genetivum in 'is' mittebant, 'Tydis Neris'. sed quia plerumque 's' *supra* ⟨*suprema* F. Schoell⟩ in latinitate detrahitur, remanebat 'i'. hinc est 'filia Neri', ⟨I 30⟩ inmitis Achilli . . .' Fortasse quintae quam vocamus declinationis falsa analogia in hoc casu formando valuit. Sed has voces olim quintae declinationis fuisse, id quod Housman contendit (vide infra p. 33), testimonia plane desunt.

Loci Propertiani sunt:

Achilli II 9, 13[1])	N	LU	achilli d Achilli hg Achillis cett.
— IV 11, 39	⟨N deest⟩	LU	Achillis hgdV_2 Achilli cett.

cf. Verg. Aen. I 30 Achilli Mγbc; III 83 Achilli Mγabc; VI 839 Achilli MRγbc. Plaut. Bacch. 938. De IV 11, 39 breviter moneo LU nobis classis x lectionem servasse (cf. praef. p. 5). Nonnulla verba adiciam de II 9, 13, qui locus saepius in suspicionem vocatus est a. v. d.; cf. Birt: Ad historiam hexametri latini symbola Bonnae 1876 p. 36 sq. Baehrens edit. p. 52. Adeas totum distichon:

Foedavitque comas et tanti corpus Achilli
Maximaque in parva sustulit ossa manu.

Quod attinet ad priorem partem versus II 9, 13 desideratur aliquid, quibus nempe rebus tactis Briseïs comas foedaverit; sed fortasse dicendus est Propertius hoc consulto omisisse quod ei ob oculos versatum sit Homericum:

---

[1]) Hosius ind. nom. II 9, 13 in numero dativorum per errorem reposuit.

Il. XVIII 23 sqq.: *ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν*
χεύατο κὰκ κεφαλῆς, χαρίεν δ᾽ ᾔσχυνε πρόσωπον·
. . . .
κεῖτο, φίλῃσι δὲ χερσὶ κόμην ᾔσχυνε δαΐζων.

Quod si concedis, haec offensio infirmata est; relinquitur altera; nam verba quae sequuntur *et tanti corpus Achilli* suspecta visa sunt quod juxta sequentia *maxima ossa* posita molestam repetitionem efficiant. Fontem graecum, Arctini Aethiopida, non jam nobis praesto esse dolendum est, cuius poematis eximiam partem fuisse Achillem mortuum a suis et Briseïde deploratum suspicatur F. G. Welcker, Der epische Cyclus II Bonnae 1849 p. 176. Neque quidquam de hac re in Procli narratione fabulae invenitur (G. Kinkel, Epic. Graec. Fgta I Lips. 1877 p. 33 sq.). Itaque fortasse in eis quae tradita sunt acquiescendum[1]) est; Birtii conjectura haec fuit (l. l. p. 37):

Foedavitque comas *siccans tibi* corpus, Achille.

Quam si accipimus non genetivus, sed vocativus *Achillĕ* legendus erit. Hunc autem vocativum ut ponamus etiam eo fateor commendari, quod in sequenti versu II 9, 15 pronomen *tibi* occurrit, quo ut adlocutio quaedam antecedat postulari videtur. — Ceterum Rothstein errat, qui vocem *tibi* in versu 15:

Cum tibi nec Peleus aderat nec caerula mater

ad Briseidem refert (I p. 201); quod falsa interpretatione vocis *adesse* effectum est, quae vox nihil nisi interesse, loco adesse significat. Et haec quidem hactenus.

Venimus nunc ad eam genetivi formam quae pertinet ad nominativum in *-eus* finientem; quem ex exemplis apparebit Propertium in *-ei* et *-eos* flexisse.

Latinae per synizesin contractae formae sunt *Capanei*

---

[1]) Ceterum etiam haec offensio sublevatur consideranti et tanti non spectare ad corporis magnitudinem sed ad animi gravitatem et auctoritatem Achillis (*et tanti* = et tanti ponderis). Conferas quaeso exempla a Rothsteino I p. 200 allata.

II 34, 40; *Persei* II 30, 4; 28, 22; *Phinei* III 5, 41; *Promethei* II 1, 69.

Graecae declinationis extant *Nycteos* III 15, 12; *Pentheos* III 17, 24.

His scilicet duobus locis hiatus extitisset si latine flexisset poeta; etiam III 5, 41; II 1, 69; 28, 22; 30, 4 causa metrica subesse videtur, exitus versus vel penthemimeres; denique quominus II 34, 40 graece flecteret poeta metrum obstabat. Quem locum ascribo quia non nisi ab classi x et d recte traditur:

Aut Capanei magno grata ruina Jovi (NLUd) (magno om. FDVHhg).

Talium nominum dativum per synizesin contractum semper latinum in modum formasse Propertium his illustratur exemplis *Enipeo* III 19, 13; et in exitu versus: *Enipeo* I 13, 21; *Nereo* III 7, 67; *Prometheo* III 5, 7.

Praeterea affero vocativum *Lynceu* II 34, 29 et duos dativos qui apud ceteros poetas reperiri non videantur: *Paridi* III 8, 29; *Tyndaridi* III 8, 30.

accusativus tertiae declinationis.

Omnibus quantum video locis accusativum graecum in -*a* cadentem quem nunc tractaturi sumus a Propertio receptum esse insequentibus tabulis demonstratur quae ad singulas stirpes dispositae sunt *Nirea* III 18, 27 (Lhgd; Nerea cett.); *Orphea* III 2, 1; *Penthea* III 22, 33; *Thesea* II 14, 7; *Briseïda* II 8, 35; *Colchida* II 21, 11; *Minoïda* II 24, 43; *Phyllida* II 24, 44; *Salmonida* I 13, 21; *Iliada* II 1, 50; *Pallada* IV 9, 57; *Acronta* IV 10, 7; *Oromedonta* III 9, 48; *Thermodonta* IV 4, 71; *Atlanta* III 22, 7; *Polydamanta* III 1, 29; *Simoënta* II 9, 12; III 1, 27; *Agamemnona* IV 6, 33; *Amphiona* III 15, 29; *Androgeona* II 1, 62; *Babylona* III 11, 21; *Helicona* II 10, 1; III 5, 19; *Pythona* IV 6, 35; *Castora* I 2, 15; *Hectora* II 8, 38; III 1, 28; *Paeana* III 15, 42; *Pana* III 15, 45.

Deinde in terminationes *-im* et *-em* inquirendum est utrum im iis codicum auctoritatem sequamur necne. Ad hanc rem dijudicandam primum dicendum est Vergili temporibus de accusativi forma in *-im* aut *-in* finienda certum usum non constitisse. In Vergilio extant formae utriusque generis, sed ita ut forma in *-im* cadens praevaleat (Ribbeck de Vergg. codicc. prolegg. ind. gr. pg. 403). Sed constat vetustiores poetas una tantum forma — graeca scilicet — usos esse.[1]) In Propertio quas invenimus formae in *-im* exeuntes et bonis membranis firmatae itaque non plane abiciendae sunt;[2]) adversus Heymanni opinionem l. l. p. 16 sqq. retinendas esse censeo formas has

Anubim III 11,41	N	LU	cett. gd, Anubin Hh
Parim II 32, 35	parim N	LU	FHDVg; parin d ydaparim h
— III 1, 30	parim N	LU	cett., gh; parin d
— III 13, 63	parim N	parim LU	cett. ghd parum F_1 parim M

Phasim III 22, 11 (phasin d)

Contra cum Heymanno postulo

Alexin II 34, 73	N	LU	Hh; Alexim cett. gd
Daphnin II 34,68	N	LU	Dhgd dapnin F daphuin V dalphnin vel dalphuin H_1 daphuim M
Tanain II 30, 2	N	L; thanain U	tantam FHD h; tanaim VMd (ex tantam M)
Thyrsin II 34, 68	tyrsin N ↖	tirsim L ↘ Tyrsin U	thyrsin V_2dh thirsin H tirsin DV tirsim FM_1 thyrsim g

Contra libros mss. scribo

[1]) vide Housmanum l. l. p. 248.

[2]) cf. Priscianus GLK. II 327, 11: In una terminatione id est -is desinentium, quae similem habent genetivum nominativo inveniuntur quaedam nomina accusativum -im finientia.

Ityn III 10, 10	itim N	itī L itim U	itim cett. (ytim H) bg Itym d

cf. Verg. Aen. IX 574; Ov. am. II 14, 30; III 12, 32.

Similiter res se habet de iis formis quas in compluribus manuscriptis in *-em* exeuntes videmus. Quas etsi Heymanno concedendum est licentiae vel neglegentiae librariorum propter similitudinem litterarum N M nonnumquam tribui posse, tamen in hac quaestione nobis auctoritatem membranarum solam sequendam esse censeo. Priusquam tabulam adiciam videamus quae Housman exposuit l. l. p. 259—60: 'This is the place to speak of the anomalous accusatives Achillen and Ulixen. The objection to these Greek terminations is that Achilles and Ulixes are not Greek words: at least I have met them in no Greek author and can find them in no Greek dictionary.[1]) They are Latin words, which first belonged to the 5th decl. and then passed into the 3rd . . . in Vergil where the acc. of Achilles is three times found, the best are unanimous for

---

[1]) Haec omnino falsa sunt; immo nominativus in *-ης* graecus fuit. Videamus Prisciani locum GLK II 276, 1: 'In 'eus' Graeca sunt et 'us' in i mutantia faciunt genetivum: hic 'Tydeus Tydei', in huiuscemodi tamen terminatione quaedam inveniuntur mutatione 'eus' diphthongi in 'es' longam prolata ut '*Ἀχιλλεύς* Achillēs '*Περσεύς* Perses' '*Οὐλιξεύς* Ulixes, in quo Doris sequimur qui pro *Φυλεύς Φύλης* . . . dicunt . . .' — Praeterea formam *Οὐλίξης* Ibycus quoque scripsisse videtur, nam apud Diomedem GLK I 321 legimus: 'Ut est Ulyssi agnomen Polytlas. ·Nam praenomen est, ut ait Ibicus, Olixes, nomen Arcisiades cognomen Odysseus. Et ordinantur sic: Olixes Arcisiades Odysseus Polytlas'. *Οὐλίξης* . . . Ibycum scripsisse coniecit Bergk poet. lyr. Gr. III³ p. 241 praeeunte Schneidewino Ibyci rel. p. 139 sqq. Affero praetera Plutarchi locum Marc. c. 20, 3: *καὶ λόγχας τινὰς ἐδείκνυσαν καὶ κράνη χαλκᾶ, τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου τὰ δὲ Οὐλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως, ἐπιγραφάς*. Hic est solus, quantum video, locus, ubi forma *Οὐλίξης* per diphthongum scripta reperiatur. Sed quod attinet ad lexica graeca, vellem evolvisset Stephani Thesaurum vir doctus Britannicus, ubi testimonia haec tria recte afferuntur. Et conferatur et illud *ὀνομακλυτὸν Ὄρφην* apud Ibycum fr. 8b.

Achillem and in most other poets this form has by far the most authority. The acc. of Ulixes does not occur in Virgil, and in other poets the MSS are about equally divided between Ulixem and Ulixen.' Haec Housman. Neque potest negari hanc opinionem primo obtutu satis probabilem esse. Mihi autem hanc difficilem quaestionem identidem animo perscrutanti dubitationes ortae sunt rectene judicaverit vir doctus Britannicus. Nam primum grammatici veteres qui duos ex tribus Vergili locis nobis tradunt omnes prabent scripturam *Achillen* (Verg. Aen. I 458: Non. Marcell. p. 621 Linds., Cledon. GLK V 29; accedit Senec. epp. CIV 31 (sed error in initio); Verg. Aen. XI 438: Diom. GLK I 313, 13). Deinde de voce *Ulixes* etiam augetur dubitatio considerantibus accusativum *Ulixen* Hor. serm. II 3, 197, 204 in optimis, Ov. met. XIV 71, 241 in melioribus libris exhiberi.[1]) Falso igitur Housman de hac voce rettulit. Unde apparet hanc totam rem non in universum quasi ex cathedra disceptari posse; quae si ita sunt etiam forma *Achillen* defendi possit.

Si nunc perpensis eis quae Housman exposuit locos Propertianos perlustramus reperietur res necopinata fidem Properti librorum multo maiorem esse quam Housman in universum concedit, quamvis comparatione aestimati aliorum poetarum sint recentioris aetatis et minoris auctoritatis. Non enim nisi uno loco (*Euphraten* III 11, 25) aliquid mutare cogimur; omnibus ceteris locis scripturam librorum manuscriptorum sequi possumus. Legendum igitur esse censeo

Achillem[2]) II 9, 9	achillē N	achillē L achillem U	hgd cett. (-ē F)	-em B. Ho. -en L. M.
— III 18, 27	N	LU	hgd cett.	-em B. Ho. -en L. M.

[1]) Ov. met. XIV 192 etiam in N_1 *Ulixen* extitit, et omnibus tribus ocis N m 2 latinam terminationem effecit (vide Magni editionem.)

[2]) Thes. l. l. s. v. col. 392 mirum in modum altero loco *Achillem* (III 18, 27) altero *Achillen* scribi jubet.

sed:

Euphraten[1]) IV 6, 84	N	eufratem L EuphratenU	eufraten FM -den H gd; eufratem DV -em B. Ho. -en L. M. euphratem h
Oresten II 14, 5	N	L horestem U	Mgd; horestem hFDV -em B. Ho. -en L. M.
Persen IV 11, 39	⟨N deest⟩	LU[2]) μ	hgd F_2HM perseu F_1 Persem DV -em B. Ho. -en L. M.
Praxitelen III 9, 16	N	LU	Praxitelon FHM_1 Praxitelem DVhd B. Praxitelen g Ho. L. M.
Ulixen II 9, 7	N	LU	hgd; Ulixem cett. B. Ulixen L. M. Ho.
— II 26, 37	N	LU	ulixem cett. (hg) B. ulyssem d Ulixen Ho. L. M.

Contra libros scribo:

Euphraten III 11, 25	euphratē N	eufratem L Euphratem Uv	eufratem h Euphr. FDVHM B. Ho. L. M. d; Euphratem g.

Haec hactenus. Interpono hoc loco accus. neutr. gen.

hippomanes IV 5, 18	Hippomenes N	Hippomenes L Hyppomenes U	Hippomenes DVM hd?; Ipomenes F yppomenes H Hippomones h. pr. m.

De vocatio porro n. singularis notandum est Propertium eum ubique fere graecam in rationem formasse in graecis nominibus.[3]) Reperiuntur *Icarioti* III 13, 10; *Memphi* III 11, 34; *Pari* II 3, 37; *Lynceu* II 34, 9; aliter *Thetis*[4])

---

[1]) graecam formam unice rectam esse luculenter exposuit Housman l. l. p. 237 sqq. Hoc loco praeterea metro postulatur graeca terminatio.

[2]) cf. praef. p. 5.

[3]) cf. Neue I³ p. 443: Im Voc. singularis wird das s des Nominativs abgeworfen bei denen auf -is, welche im Griech. den Gen. immer auf -ios bilden oder diese Form neben -idos zulassen.

[4]) cf. Neue I³ p. 444: Jedoch Plaut. u. Terenz haben immer -is. — Charisius GLK I 137, 21: Graeci demunt *-s* litteram, nostri parem nominativo vocativum custodiunt.

III 7, 68 (Thetis vel pet(d)is codd.), qua in re convenit Propertius cum Nonno XLIII, 163:

δεῦρο, Θέτις σκοπίαζε· τεὸς Διόνυσος ἀλύξας.

Haec de singulari numero; nunc breviter de plurali dicamus. Nominativos graeco more formatos invenimus metro teste *Erinyes* II 20, 29; *Nereides* II 26, 15; *Panes* III 17, 34; *Pleiades* II 16, 51.

Genetivi latine formati sunt *Amazonidum* III 14, 13; *Hamadryadum* II 32, 37. Sed ad graecam sermonis proportionem in *-sin* terminatus est dativus qui interdum apud Catullum Vergilium Ovidium occurrit; huius generis exempla non nisi monobiblo insunt *Hamadryasin* I 20, 32 ((h)amadrias / —y— hinc codd.);
(per conject.)
Adryasin I 20, 12 (adriacis codd.) *Thyniasin* I 20, 34.
(per conject.)

Ad accusativum transeuntes non habemus quod omnes eas formas proferamus quas etiam in pedestri sermone frequentissime Graecorum more in *-ας* terminatas esse notum est; ut exempla afferamus *alcyonas* I 17, 2; *ephemeridas* III 23, 20; *Hamadryadas* II 34, 76; *heroidas* II 28, 29; *Iliadas* II 1, 14; *Titanas* II 1, 19; *Tyndaridas* I 17, 18. Itaque nusquam ille exit in *-ēs*.

Restat in enumerandis formis e Graeca lingua petitis, ut respiciamus nomina fem. gen. primo casu in *-o* exeuntia quae vulgo sermone Latino genetivum in *-us* graecum exhibent[1]. Tamen invenitur optimis libris testibus
ratis Argo II 26, 39 (NLUDVMbgd ergo F_1H argus ς Heymann.)

Jam Lachmann et post eum editores praeter Hosium hunc locum in *Argus* mutandum proposuerant; quibus ego quidem nullo modo assentiri possum. Inspicias Neue I^3 p.

---

[1]) cf. Neue I^3 p. 456: Die Fem. auf *-o* bilden den Genetiv auf *-us*. cf. Charisius GLK I 64, 13: ... Excipiuntur et graeca quae nominativo *-o* efferuntur, ut praedictum est, flexo accentu, non gravi, ut apud Romanos, velut 'Sappho' 'Erato' 'Dido' 'Manto'. Nam suo statu permanent et declinantur secundum graecam définitionem velut 'Sappho Sapphus' 'Dido Didus' 'Manto Mantus' 'Erato Eratus'.

457: 'Aber Hygin fab. 14. S. 46, 4 in den Worten gubernator navis Argo und fabricator navis Argo ist Argo unverändert als Gen. beibehalten ... aber fab. 224 S. 131, 14 und Hieron. Chron. Euseb. 1 S. 15 u. 2 S. 78 ist Arcas Jovis et Callisto filius. Auch Prop. 3 (2), 26, 39 haben der Groning. und Neapolit. ⟨adde Lusaticum Urbinatem Hamburgensem Dresdensem⟩ rat. Argo dux'.

Etiam accusativus eiusdem substantivi *Argon* I 20, 17 *O* (*Argo* vulgo) certus esse videtur.[1]) Id genus ablativus rarissimus occurrit *Io* II 30, 29, item vocativus *Io* II 33, 7.

B. De reliquorum nominum flexione.

Confecta de graecis nominibus particula nunc latina declinatio nobis consideranda est maximeque notandae sunt illae formae quae aut priscae latinitatis reliquiae aut ab aliorum aureae aetatis scriptorum usu aliquantum recedentes in elegiis occurrunt. Sed etiam ea verba quae modo hunc modo illum in modum flectuntur atque apud ceteros illius aetatis poetas varium flectendi usum praebent, memoratu digna mihi visa sunt.

Primum monendum est alterius declinationis genetivum singularis nominum in *-ius* vel *-ium* nominativo exeuntium adversus excultam Augusteae aetatis consuetudinem dicendi non semper contractam in *-i* formam, sed etiam saepius pleniorem in *-ii* desinentem exhibere.[2])

---

[1]) cf. Neue I[3] p. 481: Die Feminina auf *-o* bilden nach griech. Weise auch den Accus. auf *-o*. Martianus Capella III 292, die Form des Acc. auf *-o* als die gewöhnliche anerkennend, stellt daneben Jon und Jnon auf, welche Bildung dem jonischen Dialekt angehört; und solche Formen finden sich häufig an den verschiedenen Stellen der einzelnen HS wie z. B: Argon Ov. her. VI 65, Mela II 3, 45; 12, 9; Didon Ov. her. VII 7; 131. Jon Ov. am. II 19, 19; Heron Ov. amor. II 16, 31. cf. Buechelerus Mus. Rhen. XLIII (1888) p. 295.

[2]) cf. Neue I[3] p. 145; Propertius ist der erste, welcher unzweifelhaft in mehreren Nomina auf *-ius* und *-ium* den Gen. auf *-ii* anwendet ... Weit zahlreicher sind die Beispiele bei Ovid.

Cum inveniantur hae formae contractae

Antoni III 9, 56	Antoniique N	Antoniique LU Antoniqne V	dV_2; Antoniique cett. ↗ (hg)
Asisi (Lachm.) IV 1, 125	asis N	asis LU (arces Umg)	asis FHMg assis h axis DVd
Pelusi III 9, 55	pelusii N	pelusii LU	F_2mg (pel'itii F) pelitii HM pelusii DVhgd
Properti II 34, 93	properti N	properci L (ex-ti) ← U	cett.
Tolumni IV 10, 23	tolumni N	LU	tolūpni F_1 (t ex c) hg; tolunni d calumni D
— IV 10, 37	tolumni N	columni L — ← U	—→ columni HDV_1 hg; tolinum F_1 tolunni d

et quamvis sint tribreves nominativo

Deci IV 1, 45	decii N	decii LUμ	DVhg; decii FHMd

Mari II 1, 24 O; III 11, 46 O

Tati IV 2, 52	tacii N	tatii L tacii U	h; taci MDVd tacii FHg
— IV 4, 26	tatii N	tatii L tacii U	hd; taci DV_1g tacii FH
— IV 4, 34	N	taci L_1 (c ex t) taci U	hgd; V rati F (vel tatii mg) taci DH

occurrunt recentiores et pleniores formae maxime in tertio libro obviae metro firmatae *conjugii* (Passeratius) III 11, 31 (Conjugis O); *gymnasii* III 14, 2; *imperii* I 6, 34; III 1, 16; *ingenii* III 3, 22; *obprobrii* III 13, 12; *Fabii* III 3, 9; *Lanuvii* IV 8, 48; *Mercurii* II 30, 6 (mercuri NLU mercurei M); *Tarquinii* III 11, 47.

Nominis adiectivi genetivus singularis tribus locis in *-i* pro *-ii* cadens exhibetur *Feretri* (fateri N) IV 10, 1; O : 10, 45 et 48. Hoc autem gravissimum est quod videmus Propertium formam antiquo more contractam omnino respuisse nisi ubi nomina propria ponebat.

De genetivo pluralis secundae declinationis pauca sufficiunt. Genetivi in *-um* cadentis haec exempla reperiuntur *Danaum* II 26, 38; III 9, 40; 11, 14; *deum* III 5, 39; *divum* IV 2, 55; *Graium* II 6, 19; *socium* III 7, 41; *virum* III 9, 32.

tertia declinatio.

Jam vero rem impeditissimam aggredior tertiam declinationem tractaturus ubi maxime de dativo sgl. res erit. Et hoc in limine praefandum est dativos singularis in *-e* breve exeuntes quos Hosius Rothsteinum[1]) secutus in ind. gramm. p. 187 enumerat in Propertio omnes alia ratione explicari posse, et ita quidem ut pro ablativis accipiantur; itaque non est cur tam inexpectatas formas Propertio attribuamus praesertim cum consideremus non decere postulare a poeta ut in casuum rectione easdem regulas atque solutae orationis scriptores sequatur. Adeas Neue I³ pgg. 297—301 qui docet has formas in *-e* exeuntes rarissimas praecipue in juris consultorum linguae usu apparere, sic etiam in Cicerone de or. I 58, 250; II 226; de re publ. V 3, 5. Sed abstinere non possum quin saltem causam detegam ex qua illa falsa opinio fluxerit. Agitur de his locis *vertice* I 14, 5; IV 1, 125; *funere* I 17, 21; *limine* I 18, 12 (Lumine L corr. m 1) *sanguine* II 12, 16, *carmine* II 34, 84; *ore* IV 8, 10 quos Hosius omnes uncis angulatis conclusit (praeter *ore* IV 8, 10) et signo interrogationis notavit; sed tamen illud *ore*, quod re vera maximae offensionis est, dativum esse postulat.[2]) Sin autem diligentius spectas invenies in eis formis judicandis non intellexisse viros doctos verborum nexum: his enim locis insolentiore modo adhibitus ablativus illustrat propriam latini sermonis (et quidem poetici) breviloquen-

---

[1]) cf. I adn. ad I 14, 5 p. 86—87.

[2]) sic Neue quoque I³ p. 301 hoc loco dativum praeferens.

tiam. Huic rei non satisfacere potest — ut alios omittam — Uhlmanni dissertatio: De Sex. Properti genere dicendi Monast. 1909, qui nonnulla in universum annotat, qua ratione nihil proficitur (cf. p. 39: 'Omnium poetarum liberrime utitur Propertius ablativo qualitatis' . . .); in exemplis autem quae affert difficillima quaeque et gravissima desiderantur. Optime de hac re Hertzberg — et praeter eum nemo quantum video — disseruit Quaest. Prop. II p. 135—37. Cuius commentariolum adeas necesse est, dum de hoc poetarum genere dicendi tractatum singillatim conscriptum desideramus, cuius rei satis ampla materies in Propertio inveniri possit.[1]) Sic autem intelligenda est verborum structio ut aut ablativum absolutum licentius positum agnoscamus aut ille ablativus alii vocabulo, non verbo temporali, attribuendus sit. Jam singulos locos tractemus.

Ablativus absolutus cum temporis notione intelligendus

est I 17, 21:	Illa meo caros donasset funere crines.
Hic est	*meo funere* = cum fieret funus meum;
Ita legitur I 17, 23	*extremo . . . pulvere* = si pulvis factus essem;
19, 19	*mea . . . favilla* = me mortuo[2])
21, 3	*nostro gemitu* = nobis gementibus[3])
III 17, 21	*Aetneo fulmine* = cum adesset Aetneum fulmen
22, 3	*Argoa . . columba* = cum columba Argoa adesset

Minus huc pertinet illud *indocto carmine* in disticho difficillimo II 34, 84, quem locum paullo fusius tractabo.

II 34, 83—84: Nec minor his (+) animis, aut sim (+) minor, ore canorus
Anseris indocto carmine cessit olor.

Sic traditum est. Sed fieri non potest, ut lectionem traditam teneamus, nam vix commodus ei sensus inest,

---

[1]) Jure hanc rem monuit Birt: Die Fünfzahl und die Properzchronologie Mus. Rhen. LXX (1915) p. 288.

[2]) cf. H. Hollstein: De monobibli Properti sermone et de tempore quo scripta sit Marp. 1911 p. 23.

[3]) cf. Birt Mus. Rhen. LXX (1915) p. 288—89.

praesertim si totum distichon ad Propertium referimus (Rothstein: Properz und Vergil Hermes XXIV (1889) p. 10 sqq. edit. I p. 355 sqq.)

Primum igitur teneamus necesse est de toto loco non recte judicatum iri nisi ab eo qui Propertium de Vergilio loqui censet. Ab versu 67—76 Vergili eclogas — ut inter omnes constat —, in sequentibus autem versibus usque ad v. 84 georgica significat Propertius; offensioni esse possit tempus futurum v. 81 positum *venient,* sed verisimile est id inde explicari quod eodem tempore quo Vergili georgica (anno 29) in publicum emissa erant Propertius hanc elegiam scribebat. Ab v. 85 plane nova pars carminis incipit: afferuntur exempla alia poeseos eroticae; in ultimo demum disticho Propertius de se ipse loquitur Cynthiae sibique similiter gloriam aeternam sperans atque ei qui ante eum carmina amatoria composuerunt nacti sunt.

Haec in universum de rerum structura promittenda putavi. Quod attinet ad distichon ipsum Birt praeceptor meus quae ipse de hoc loco sentiret mecum communicavit atque hic afferre permisit. Qui vir doctissimus ut commodus sensus evadat in v. 83 alios secutus *hic* pro *his, si* pro *sim* legendum esse proponit, v. 84 *indocto* in duas partes dividit, pro *cessit* legere suadet *crescit.* Itaque hoc habes distichon:

Nec minor hic animis, aut si minor, ore canorus
Anseris in docto carmine crescit olor.

Sensus egregius; germanice: 'Und nicht geringer hier an Schwung (= in den Georgica) oder, ob auch geringer, es wächst jedenfalls in dem gelehrten Gedicht der Gans ein schönstimmiger Schwan heran'.

Vergilius enim ipse poemata sua in eclogis cum strepitu anseris comparaverat

ecl. IX 35—36: Nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Nonnulli interpretes sane auctore Servio ad Verg.

ecl. IX 36 [1]) permoti et in Properti et in Vergili loco voci *anseris* poetam Anserem male ominatum subesse censuerunt;[2]) id quod attinet ad Vergili locum fortasse recte fecerunt, de Propertiano loco huiusmodi nihil statui posse censeo.

Sed revertamur ad alios Properti locos ubi dativum in -e cadentem suspicati sunt.

Summa audacia inest huic loco:

IV 8, 10: Cum temere anguino creditur ore manus.

Sic explicabat Hertzberg: anguino . . . ore = quamvis os anguinum sit ideoque reformidandum, tamen manus illi (= draconi) creditur; et erit qui in hac sententia acquiescat. Si tamen hanc explicationem improbas, Birtii facillima conjectura *conditur* pro *creditur* tibi satisfaciat, quam in publicum dare mihi permisit. Certe hic unicus locus est qui emendationem sibi postulat inter omnes de quibus agimus. Minoris enim difficultatis sunt ceteri loci, quibus omnibus nihil offendimus, dummodo caveamus ne prave jungamus verbum quod enuntiatum finit cum illo ablativo quem dativum esse volunt v. d. Ubinam gentium, ut locos qui sequntur ipsos testimonio esse faciam, dicitur: bellum gerere alicui? Aut: intendit mons aliquid vertici? Aut: consurgit aliquid alicui rei? Itaque sic explicandi sunt loci, ut praepositionem aliquam suppleamus quam solita licentia praetermisit poeta:

II 12, 16 Assiduusque meo sanguine bella gerit.

Intellege *meo sanguine* = in meo sanguine (ab *assiduus* pendens).

I 14, 5 Et nemus omne satas intendat vertice silvas.

Intellege *vertice* = in vertice.

IV 1, 125 Scandentisque Asisi consurgit vertice murus

---

[1]) III p. 114, 11: 'et alludit ad Anserem quendam, Antonii poetam, qui eius laudes scribebat: quem ob hoc per transitum carpsit. de hoc etiam Cicero in Philippicis dicit ⟨XIII 5, 11⟩ ex agro Falerno ⟨Cic.: de Falerno⟩ anseres depellantur; ipsum enim agrum ei donarat Antonius'.

[2]) sic quoque Weichert: De C. Helvio Cinna § 4 et 10 (Poet. lat. rel.) Lips. 1830 p. 159 sqq., qui traditam lectionem servare studuit.

Intellege *vertice* = in vertice.

I 8, 12 nullam praebet offensionem ei qui ablativum instrumenti statui posse concedit:

nostro
Limine formosos intulit ulla pedes:

Hoc est: per nostrum limen in aedes pedes transtulit.

Ceteras eiusdem generis formas Hosius neglexit et Neue ipse I³ p. 301 explicavit ut ablativos

loci I 8, 22 Quin ego, vita, tuo limine verba querar
Hic est *tuo limine* = in tuo limine.

temporis III 6, 24 Si placet, insultet, Lygdame, morte mea
ubi *morte mea* = cum mortuus ero cf. II 9, 52 *morte tua* = cum mortua eris et supra *mea favilla* p. 40.

causae IV 7, 77 Et quoscumque meo fecisti nomine versus
ubi *meo . . nomine* = propter me, mea causa.

Hactenus de dativo. Jam procedimus ad

accusativum singularis.

Notandae sunt formae illae quarum stirps in -*i* finitur et quae saepius apud huius aetatis poetas cadunt in -*im*. Maxime apud Vergilium multas eius generis formas invenimus de quibus vide Ribbeckii prolegg. pgg. 136 et ind. gramm. p. 403. In Propertio sunt *puppim* IV 6, 29; *sitim* II 17, 6; IV 5, 2; 9, 62; *tussim* IV 5, 67; *Tiberim* III 11, 42; IV 10, 25. Vocis *navis* et in -*im* et in -*em* formae exhibentur[1]) *navim* II 22, 41; *navem* III 21, 11, II 26, 42.

De **ablativo** breviter exponendum est Propertium cum in substantivis tum in adiectivis in universum ab usitatis linguae normis non discessisse; formas in -*e* et -*i* finientes collegi has *igne* III 3, 36; 24, 11; *ungue* III 25, 4; IV 5, 16;

[1]) cf. Neue I³ p. 306: Von mehreren Nomina hat der Accus. bald -im bald -em, bei einigen ist jedoch -im selten oder ganz zweifelhaft. cf. Charisius GLK I 126, 7: avem autem et navem: quoniam ab hac ave et nave faciunt, accusativus per -i dari non potest. sed aliter Phoc. GLK V 430, 11: . . . praeterea 'haec navis' 'bipinnis' 'hic ignis' similiter ablativum in -i mittunt quae saepe poetae per e solent efferre.

contra in exitu versus duobus monobibli locis *igni*[1]) I 9, 17; *ungui* I 20, 39.

Deinde notamus ablativos *nave* I 8, 6; *Tibure*[2]) III 16, 2 LVMhgd (Tiburi NH, Tibur̄ U_2, Tybure (e ex i) FD) Tibure LM B. Ho.; magis illud *Praenesti*[3]) II 32, 3.

Sequuntur ablativi in *-i* exeuntes quos Rothstein et Hosius ind. gramm. p. 187 iniuria statuerunt *capiti* II 30, 39 (capili L campi F_1H_1h pr. m. ex campi M), *cineri* IV 5, 3; *lateri* IV 7, 8; quos eisdem ex causis reiciendos esse putaverim atque supra commemoratos dativos in *-e* finientes; verisimilius enim est hos priscos locativos esse quorum exempla extant Verg. Aen. II 553: lateri . . . abdidit ensem; IV 73: haeret lateri . . . harundo; Ov. fast. III 261: nemori stagnoque operta; Sen. Tro. 48 vulneri ferrum abdidit; Vell. II 91, 4 abditusque carceri.

Jam transeo ad **participia.**[4]) In quibus nulla offensio est nisi quod perpaucis locis ablativus participii pro adiectivo adhibiti tamen formam participii absoluti in *-e* finientem praebet:

hiante III 17, 34; cf. Cic. Verr. II 54, 134: nam ipsum Verrem tantum avaritia semper hiante atque imminente fuisse . . .; Cat. LXI, 216: semihiante labello. Contra Plin. Nat. hist. VIII 33, 51: hianti semper ore; Apul. met. V 18: semihianti voce.

tepente II 33, 3; cf. Ov. met. III 489 et Fast. III 236: sole tepente. Contra: Ov. ars am. III 185 vere tepenti; Mart. VII 20, 14 tepenti . . . sinu.

---

[1]) cf. Rhemn. Palaem. GLK V 539, 41: Pauca masculina in -i vel in -e mittunt ut 'ignis' 'vectis' 'amnis' 'anguis' 'postis'.

[2]) cf. Hor. epp. I 8, 12; II 2, 3. — Serv. ad Verg. Aen. IV 224.

[3]) praeterea non invenitur, semper in *-e* desinit. vide Neue I³ p. 358. Sic quoque Priscianus GLK II 333, 17: Propria eiusdem terminationis (= e) similem habent nominativo ablativum: 'hoc Praeneste ab hoc Praeneste' cf. ablativum *Praeneste* apud Varronem LL. VI 2, 4; Hor. epp. I 2, 2 et permultis locis.

[4]) Diligenter collecta sunt a Frahnerto: Zum Sprachgebrauch des Properz progr. schol. Hallens 1874.

numerus pluralis tertiae declinationis.

Nullo modo huius numeri nominativos in *-is* cadentes in suspicionem vocare licet, qui tamen multis editoribus suspecti sunt visi.[1]) Extant horum exempla quattuor quae ex ipso archetypo Propertii fluxisse verisimile est *artificis* II 31, 8 (artifices K. Ha. L. M. B. Ho.); *comitis* III 2, 13 (comiti FH -tes F_2V_2gd); *incolumis* IV 9, 8[2]) B. Ho. (incolumes U_2gd K. Ha. L. M.); *senis* II 32, 38 (senes Ugd). Inter genetivi formas terminationes adiectivorum et potissimum participiorum praes. act. in *-um* desinentes dignae sunt quae notentur *agrestum* III 13, 25; *amantum*[3]) III 16, 27 (amantes F_1HM_2); *luctantum* III 22, 9; *silentum* III 12, 33. Causam metricam subesse facile cognosces.

De accusativo pluralis accuratius ut agamus res postulat, licet multa iteranda sint jam ex antiquissimis temporibus dubia et controversa. Dubitatur nimirum, utrum accusativus per *-is* rectius an per *-es* exhibeatur (cf. Varro L. L. VIII 37, 38, 66—67). A scriptoribus elegantissimis multo magis rationem habitam esse sonitus vocum atque verborum jucundioris — quam *εὐφωνίαν* dicunt Graeci — quam regulae disciplinaeque a grammaticis repertae ideoque temere atque perperam agere eum qui poetis aurei aevi, apud quos potissimum fluctuatio inter has patet formas, certam normam per vim imponat, ut testimonia aliorum omittam,[4]) maxime atque luculenter Valerii Probi apud Gellium XIII 21 (Hos.) judicio evincitur, qui interrogatus an 'has' ne 'urbis' an 'has urbes' et hanc 'turrim'

---

[1]) cf. Neue II³ p. 60: Im Nom. Plur. finden wir neben der gewöhnlichen Bildung auf -es auch die auf -is . . .

[2]) plura exempla collegit Birt Catal. p. 113. Idem nos docuit *minantis* IV 6, 49 accusativum esse; v. praef. ad cod. N. coll. XX adn. 3.

[3]) cf. Charis. GLK. I 122, 8.

[4]) cf. Priscian. GLK II 357, 23; O. Keller: Der Accusativus auf -is bei den augusteischen Dichtern (Grammatische Aufsätze Leipzig 1895).

an 'hanc turrem' dici oporteret respondit: 'Si autem versum', inquit, 'pangis aut orationem solutam struis atque ea tibi verba dicenda sunt, non finitiones praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuum interroga, quo quid loco conveniat dicere; quod ille suaserit, id profecto erit rectissimum' (sequuntur exempla ex Vergilio Cicerone aliis prompta). Itaque probata Heymanni ratione (p. 22) nihil relinquitur nisi ut codicum auctoritate diligenter perspecta et in comparationem adhibitis inscriptionibus grammaticorumve testimoniis formas et per *-is* (ad quas Propertius inclinare videtur) et per *-es* scriptas (has Heymann plane omisit ut videri possit id genus formas apud Propertium non inveniri) componamus; fructus qualis sit infra videbitur.

Insequentes tabulas ita institui, ut primum in *-is* formas de quibus non dubito afferam, deinde formas per *-es* scriptas; participia sequentur adiectiva; praecedent substantiva.

I. Substantiva per *-is* scripta

gentis III 5, 45	N	LU	Fhgd Ha. B. Ho. gentes HDVM K.L.M. cf. Varro LL. VIII 67
naris III 10, 22	crocyno-naris N	crocyno-naris L crocino-n|aris U	crotim|nonaris FM_1 conci|nonaris $HDVM_2$ (crotim Dmg) crocino nares V_2 mg gd — naris h

II. Adjectiva per *-is* scripta

agrestis II 19, 14	N	LU	DVhgd B.Ho.; (agristis h pr. m.) agrestes FM L.M.
docilis IV 2, 63	N	LU	cett. K.Ha.B.Ho. dociles L. M.
facilis II 1, 10	N	LU	AFMhgd Ha.B.Ho. faciles DV K.L.M.
fatalis III 25, 17			( )(fataleis d)
infamis I 16, 9			( )K. Ha.B.Ho. -es L.M.
omnis II 28, 29	omnis N	LU	FHDVMhg; K.Ha.B. Ho. omneis d; omnes L.M.

qualis II 7, 11	N	LU	cett. (qualeis d) K. Ha. B. Ho. quales L. M.
recentis I 10, 17			() (recenteis d) -is K. Ha.Ho.B. -es L.M.
sollemnis IV 1, 16	sollempnisN	sollempnisL sollemnis U	VMg; solennis Fh solemnĭs F_3 sollempnis H sollennis D solenneis d -is K. Ha. B. Ho. -es L. M.
tristis I 9, 13	r tistis N	L tristes U	cett. K. Ha. B. Ho. tristes L. M.
velocis III 14, 5	N	LU	cett.; (veloceis d) veloclis F_1 K. Ha. B. Ho. -es L.M.

III. Participia in -*is* finientia

? *dantis* IV 5, 47	dantes N	dantes L U	dantes cett.; K. Ha. L. M. *dantis* B. ex inscriptione Pompeiana restituit (CIL IV 1894). Ho. Sed fide non satis digna est inscriptio in eodem versu *pulsat* praebens (pulset codd.) quod item receperunt B. et Ho.
euntis IV 7, 23			() (eunteis d)
flagrantis III 11, 9			() (praeter UHM_2 -es) flagranteis d flagrantis K. Ha. B. Ho. —es L. M.
hiantis III 16, 17			() (praeter iantis F_1 hyantis H) hianteis d -is K. Ha. B. Ho. -es (M) L. M.
nigrantis III 12, 33	N	L Nigrantis-que U	HDV; K. Ha. B. Ho. nigrantes FM L. M.

praesentis II 30, 12	p̃sentis N	presentis L praesentis U	cett.; (praesenteis d) K. Ha. B. Ho. praesentes L. M.
pressantis III 17, 18	p̃ssantis N	LU	cett. (presentis g pressanteis d) -is K. Ha. B. Ho.
spirantis IV 7, 11			() -es L. M. (spiranteisque d)
triumphantis IV 3, 68	triũphantis N	LU	cett. (triumphanteis d) triumphantis K. Ha. B. Ho. -es L. M.

Formae per *-es* scriqtae multo minores numero:

I. substantivorum

gentes I 1, 29 O.

II. adiectivorum

faciles I 9, 23	N	facile L U	h cett. B. Ho. L. M. -lis g K. Ha. -leis d
leves II 1, 49	N	LU	AMhgd L. M. levis FHDV Ha. B. Ho.
mortales III 18, 5	N	LU	gd; mortalis h cett. K. Ha. B. Ho. L. M.
omnes I 3, 11	oms̃ N	LU	hg cett. K. Ha. B. Ho. L. M. omnis d
— 4, 21	oms̃ N	LU	Ag oms̃ F K. L. M omnis DVhd B. Ha. Ho.
— 13, 25	oms̃ N	omnis {L U	Ahg oms̃ FM K. L. M. Ho. omnis DV B. Ha. omneis d
— II 1, 57	oms̃ N	LU	Ahd oms̃ FM L. M. omnis gDV K. Ha. B. Ho.
— 22, 13	oms̃ N	LU	cett.
— 28, 56	N	LU	DV oms̃ FM om̃es H L. M. omnis hgd K. Ha. B. Ho.
— IV 2, 47	c om̃es N	LU	cett.

quales I 3, 40	N	LU	Ah DVgd K. L.M. Ha. Ho. B. qualis FM Heymann
recentes IV 5, 39	N	LU	cett. retentes F corr. m. 2)
tristes I 19, 1	trist$\overset{e}{o}$s N	LU	cett.
	III. participiorum		
absentes II 33, 43	N	LU	hFHDVM L. M. Ho. absentis g? K. Ha. B. absenteis d
arentes II 15, 51	N	LU	FMhd; K. Ha. L. M. arentis DV B. Ho. alentes g
labentes I 10, 7	N	LU	AFg; K. Ho. L. M. labentis DV Ha. B. lambentis h — labenteis d

Tandem videamus id quod his tabulis demonstratur: omnibus fere locis x classem sequi possumus uno fortasse loco excepto: dantis IV 5, 47; sed ne haec quidem lectio utique certa est.[1]) Praeterea moneo codicis N librarium scripturam *omnes* (*oms̃*) ab *omnis* (*omĭs*) diligenter distinxisse[2]) (LU has voces semper omisso compendio perscribunt). Itaque omnibus locis ut accusativus vel *omnis* vel *omnes* restituatur minus suaserim; immo in hac quoque re auctoritatem librorum manuscriptorum sequi et possumus et debemus. Ceterum monobiblos rarius continet formas per *-is* quam reliqui libri.

quarta declinatio.

Paucis absolvam quartam declinationem quae nihil memoratu dignum praebet nisi dativum singularis per *-u* exhibitum. Ad hanc rem vide Gellii caput XVI libri IV 3—9.[3]) Eius

---

[1]) Inscriptiones Pompeianas omnino incertas esse constat.

[2]) cf. Birt praef. ad cod. N. col. XXIX—XXX.

[3]) Praeterea cf. Priscian. GLK. II 363, 7: Dativus eius declinationis fit a genetivo abiecta *s* et addita *ι*, sed corripitur paenultima ut

generis exempla haec collegi *manu* I 11, 12; II 1, 66; IV 6, 22; *pinu* II 19, 19 LNVg (pĭnu D pumi FM. pini hd).

Contra *versu* II 1, 41 ab Hosio sine necessitate inter dativos allatum (ind. gramm. p. 188) ablativum esse judico. Denique notamus inusitatiorem ablativum pluralis vocis veru[1])

veribus III 12, 29	NLUhFDV. LM. B. Ho.	uerubus Mgd. Lachm. K. Ha.

cf. Verg. Aen. I 212; V 103; ge. II 396.

C. De genere nominum.

In enumerandis eis formis quae inusitatius genus prae se ferunt omnes eos locos silentio praetereundos esse putavi ubi voces aut generis communis sunt ut bos canis serpens sus alii aut quae voces apud omnes scriptores modo masculini modo feminini generis sunt, cum de his certae rationes inveniri non possint quibus illam generis diversitatem ortam esse dicamus.[2]) Ceterum mihi memoratu digni visi sunt loci hi:

I. primae declinationis

Ossa II 1, 19—20 fem. gen. est in NLAhF (*impositam*) masc. in U (corr. ex *-am*) DVgd ut apud alios (cf. Ov. am. II 1, 14; Ibis 285; masc. gen. Ov. met. I 155.)

'huic senatui' 'manui'. Est tamen quando poetae metri causa pro eo ablativo utuntur.

[1]) cf. Neue II^{3} p. 549: Der Dativ und Ablativ Plur. scheint ursprünglich die Casussilbe -bus an das u des Stammes angehängt zu haben, welcher dabei nicht, wie das a in der ersten Declination, verlängert wird. Dieses -ubus hat sich bei mehreren Nomina entweder im ausschließlichen Gebrauch oder mit -ibus wechselnd erhalten. — Exempla eiusdem declinationis collegit idem p. 554—55.

[2]) interdum metri vel sonorum ratione vicissitudo generis explicari posse videtur.

[3]) cf. Neue I^{3} p. 952: Das Genus der Bergnamen richtet sich nach den Endungen . . . p. 953: Die der ersten Declination auf a und e sind in der Regel fem.

II. secundae declinationis

Bosphorus III 11, 68 femin. gen. est:

Bosphore capta	NLUgDF_2 mg.	bosphora (ex -e) V bospore Hhd hospore F_1.

cf. Sulp. Sev. dial. I 26, 2: Bosporus exclusa.

Sequitur *colus*, quam vocem similiter atque *domus* vocem modo secundam modo quartam declinationem profiteri testis est Neue I[3] p. 771. In Propertio bis masc. genus occurrit *dextro colo* IV 1, 72; *Lydo colo* IV 9, 48.

Pharus rursus masc. gen. est: *Ptolomaeei Phari* II 1, 30; item duobus locis *phaselus:*

phaselus (*vectus*) III 21, 19—20 (phasellus DV fasellus F phasselus h)

phaselo (*coronato*) IV 7, 59 faselo NLUg | phasel(l)o) yhd

Phaselus (= die Gondel) praeterea masc. gen. est Cic. ad Att. XIV 16, 1; Cat. IV 1, 10; aliis locis. De scriptura *phasellus* cf. supra p. 18 sq. vocem *Cybele* et Birtii commentationes,[1]) qui docuit et evicit verba inprimis e graeca lingua petita quae graece uno *l* exhibeantur latine duplici efferri; quod effectum esse tenuissimo sono *ll* consonarum quae inter vocales extarent; unde variam scribendi rationem explicari. — De variis *L* litterae sonis vide Plinii apud Priscianum (GLK I 38, 8) testimonium, de labdacismo quem vocant cf. Isidorus Etym. I 32, 8 (Lindsay).

III. tertiae declinationis

nonnulla nomina quorum stirpes *-i* vocali terminantur praeter solitum masculinum[2]) genus femininum sequuntur, qualia sunt

---

[1]) Zu Catulls carmina minora Philol. LXIII (1904) p. 458. — Beiträge zur lateinischen Grammatik II Mus. Rhen. LI (1896) p. 258.

[2]) cf. Charisius GLK II 169, 6: Sciendum tamen quod vetustissimi in multis, ut diximus, supra dictarum terminationum inveniuntur

finis[1]) I 16, 21 *nullane finis*; sed masc. gen. III 5, 37 *suos fines.*

pulvis[2]) fem. gen. I 22, 6 *pulvis Etrusca*; II 13, 35 *horrida pulvis*; IV 9, 31 *congesta* (coniesta Fh, congestam d, congesto V_2 g) *pulvere*; masc. gen.: I 17, 23 *extremo pulvere*; 19, 6 *meus* . . . *pulvis*; 19, 22 *nostro* . . . *pulvere*, IV 2, 40 *medio* . . . *pulvere.*

torquis IV 10, 44 *torquis unca.*

cf. auct. de dub. nom. GLK V 529: torques generis feminini ut Propertius *torquem auream (id quod in iis quae traduntur non extat.[3]) Incertissimum locum addo

cinis hic II 11, 6	hec ex hic Nm rec. incert.[4])	hic L U μ	hic cett (hg) LM. B. Ho. haec Fd Otto

hoc loco cum optimis libris[5]) *hic* legendum erit, etsi huic rei nonnulla obstant testimonia quae satis indicant cinis vocem haud raro apud poetas genus femininum sequi. Affero: Charis. GLK I 101, 11: (ex Calvo promptum) 'cum jam fulva cinis fuero' et 'forsitan hoc etiam gaudeat cinis'. cf. Cat. LXVIII 90 acerba cinis C I 4: mutam cinerem (praet. Dat. cod.); Lucr. IV 924 (6): cinere ut multa; CIL IV 8431, 7 et cineres meas; X 4142, 3 cineres sunt conditae.

---

confudisse genera nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate, ut . . . cinis . . . collis . . . crinis . . . carbasus . . . colus . . . amnis . . ., torquis.

[1]) cf. Donat. GLK IV 375, 33: sunt item nomina incerti generis inter masculinum et femininum ut cortex silex radix finis stirps pinus pampinus dies.

[2]) cf. Charisius GLK I 89, 22: pulvis masculini generis est quamvis Propertius dixerit: qui nunc jacet horrida pulvis; itemque auct. de dub. nom. GLK V 588, 5: 'horrida pulvis'.

[3]) hac de re vide Birt: Kritik u. Hermeneutik p. 33.

[4]) cf. Birt praef. col. XXXVII—XXXVIII.

[5]) sic quoque in A scriptum fuisse testis est h codex (cf. praef. p. 12—13); ceterum fieri non potuisse ut h ex F flueret hoc exemplo bene illustratur (cf. praef. p. 12 adn. 2).

D. De numero nominum.

Etsi constat in numeri usu poetas ex antiquissimis temporibus licentius egisse ideoque si quid inusitatius dictum sit ea re jam satis defensionis habere concedo, tamen ab hac quaestione grammatica non alienum putavi etiam de his nonnulla proferre, praesertim cum Heymann in sua opella hanc rem plane omiserit. Agitur de eo quod saepe numerus pluralis scriptus est, cum singularis in soluta oratione postuletur. Si originem huius dicendi consuetudinis rogamus, praecipue tribus de causis licentia orta esse dicenda est[1]: primum ut melius caderet versus et verborum vel sententiarum concinnitatis vel perspicuitatis studio permotum Propertium nonnulla pluraliter dixisse apparet, deinde diversitatem significationis in quibusdam locis valuisse negandum non esse putaverim, quamvis hanc rem evertere studuerint Maas p. 486 et Schink p. 3—4; tum, id quod caput est rei, angustias metricas permultis locis in causa fuisse videmus. Quae restant exempla ad pluralem poeticum referenda esse nemo negare potest. Sed tamen rarius haec explicandi ratio in Propertio ineunda esse videtur quam fecit Rothstein in editione sua. Vide eum ad singula. Itaque si singulos locos perscrutamur modo hanc, modo illam causam probabiliorem existimemus, dum modo in iis locis qui varie explicari possunt, caveamus ne unam vel alteram ex his causis pro certo affirmemus. Ideo tabulas insequentes non ad varias causas quas enumeravi distribui sed ita institui ut primo loco nomina propria memoratu digna afferrem, deinde cetera seclusis abtractis quae tertiam partem faciunt.

Inveniuntur propriorum nominum haec exempla *Illyrias* II 16, 10 (fortasse sensus postulat pluralem numerum propter Romanam et Graecam Illyriam de quibus agitur; *Illyria* enim I 8, 2; ita *Gallias* dicunt nec non inde effectum est ut etiam *Britannias* scriberet Catullus XLV 22.

[1]) cf. ad hanc rem: P. Maas: Studien zum poetischen Plural bei den Römern: Arch. f. Lex. XII (1902) pgg. 479—550 et eum secutus G. Schink: De Romanorum plurali poetico Jenae 1911.

Ismara[1]) III 12,25 cf. Lucr. V 30; Verg. ge. II 37.

Misenis I 11,4 NUV hgd (miscenis LAF_2 mg misteriis FM / mysteriis D)

Palatia[2]) IV 1,3 (templum significans);

— III 9,49; IV 9,3 (Palatinum montem significans);

Pergama[3]) II 1,21; 3,35; III 9,39.

Sequuntur deinde c e t e r a s u b s t a n t i v a concreta quae omnino poetae singulariter extulisse non videntur:

aera III 5,6 (aere N era L | aera UF_2gM_2 | ire cett [hd])

— IV 5,50 (aera NF_1H | aera cett. era F_2mg)

— IV 7,61 (qu(a)erar vel qu(a)erat codd.)

— IV 11,7 (erat F_1);

latices[4]) II 26,47; *tura*[5]) II 10,24; 19,13 (ex rara N_1).

Aliter autem se habet *sales* III 21,28 cuius vocis pluralis etiam in soluta oratione facete dicta significat.

Praeterea notantur haec substantiva: *harenas*[6]) III 3,23 (cf. Ov. met. XI 56 expositus peregrinis harenis) hoc loco proprio sensu pro litore accipitur, quo in sensu saepius extat singularis: I 8,11; II 3,5; 25,7; III 11,25; 15,33; 18,3 (cf. Verg. Aen. I 176; V 34; VI 316; Ov. met. XII 38); pluralis autem hoc loco Propertiano propter aquas in eodem versu dictus esse videtur:[7])

---

[1]) cf. Strabo VII fr. 44: ... *Μαρώνεια καὶ Ἴσμαρος ... καλεῖται δὲ νῦν Ἴσμαρα*; cf. Neue I[3] p. 722: Mehrere Namen, größtenteils von Bergen und Vorgebirgen, zum Teil auch von andern Örtlichkeiten, welche im Sing. -us haben, gestatten daneben auch einen Plural auf -a. cf. Phoc. GLK. V 426,16 et p. 57.

[2]) cf. Neue I[3] p. 599: Für Capitolinum und Palatium kommt der Plural, wenn man von einzelnen späteren Prosaisten absieht, nur bei Dichtern vor. Schink p. 97.

[3]) cf. Neue I[3] p. 721: Pergama als Neutr. Plur. ist die gewöhnliche Bezeichnung der Burg von Troja. Schink p. 99.

[4]) Schink p. 70.

[5]) Schink p. 134.

[6]) Schink p. 61—62.

[7]) altero loco III 14,17 ubi in eodem sensu pluralis extat, causa certa intellegi non potest.

nives I 8, 8; III 13, 54 (cf. *nix* II 3, 11!)
pruinas I 8, 7 DV_1hg (ruinas NLUAFMd)
fortasse frequentia nivis vel pruinae cadentis numero plurali exprimitur.

Denique *ostris* IV 3, 51, *salivas* IV 7, 37 Lg (salinas cett.; sabinas d) per immutationem dicta nihil nisi vestimenta (ostrinam tunicam) et fascinationem adhibita saliva effectam significant.

Videamus nunc quae maxime notanda sunt abstracta nomina[1]):
auxilia I 1, 26; *calores* I 12, 17 LUFhd (corr. Nm 1 ex colores [= DV_1g])
? *calores* II 15, 35 ex conj. Beroaldi (dolores codd.)
cupidinibus I 1, 2
fugas II 8, 31 pro in fuga versantibus cf. Col. poet. X 125. Sic etiam in prosa oratione Petr. XLV, 12. Eadem metonymia Graeca lingua utitur, sed in singulari numero: Xen. hist. graeca V 2, 9: *κατάγειν ἐβούλετο τὴν φυγήν (= τοὺς φυγάδας).*
lucra II 4, 9; IV 3, 62; *metus* IV 6, 50; *ortus*[2]) IV 3, 7; *otia*[3]) IV 4, 79; *insomnia*[4]) II 25, 47; *taedia*[5]) I 2, 32; *timores*[6]) I 3, 29; *usus* IV 2, 63.

---

[1]) cf. Neue I³ p. 638: Besonders sind es die aus Adjectiva gebildeten Nomina auf -ia, -tas und -tudo, und die von Verbalstämmen abgeleiteten auf -is, -us und -or, welche als Abstracta eigentlich Singularia tantum sein sollten und doch vielfach im Plural vorkommen.

[2]) Schink p. 94 (Properti locum omisit).

[3]) Schink p. 96.

[4]) cf. Charisius GLK I 101, 17: Insomnia plurali numero significare volunt grammatici somnia, addita scilicet praepositione, ut Graeci dicunt: *ἐνύπνια* ... singulari vero numero vigiliam significare ... sed idem (= Vergilius) insomnia etiam pluraliter pro vigiliis posuit ⟨Verg. Aen. IV 9⟩ ... quamvis et hic somnia intellegi possint quibus Dido terreri possit.

[5]) Schink p. 124 (Properti locum omisit).

[6]) Schink p. 132/33.

Postremo non omittendum putavi illud quod singularis numerus bis exhibetur vocis *quadrigae*[1]): *quadrigae* II 34,39; III 9,17; cf. Varro LL. X 66/67.

E. De heteroclitis similibus.

Quaestio quae est de heteroclitis arte cohaeret cum prioribus; ut saepe apud poetas ita in Properti elegiis nomina occurrunt quae diversum in modum flectuntur, sive reliquiae hae sunt vetustioris linguae sive duplicis vel insolentioris flexionis vestigia. Ad eam rem pertinent

Aniene IV 7,86 U_2d (e pr. in ras.) (amene g) aniane cett (h). cf. Stat. silv. I 3,70 et Priscian. GLK II 75,20. In arte anonyma Bernensi duo nominativi afferuntur (GLK. Suppl. 110,19; 111,20): Ani*o* autem et Ani*en* duplici nominativo profertur, genetivo Anienis. Praeterea duos locos affero (Gl. L. V 226, 31: Anien*is* fluvius Italiae IV 481,23: Anien*us* fluvius Italiae.

buxa IV 8,42; quae vox saepius nominativo feminini generis in *-us* est, hoc loco neutrius.

Cambyses deinde insolentiorem genetivum *Cambysae* II 26,23 exhibet; cf. Apul. flor. XV 56; Prob. cathol. GLK IV 29,17: . . . *-ses* terminata Graeca sunt, indifferenter declinantur et primae declinationis *-sae* genetivo et tertiae *-sis* ut Cambyses Cambysae vel Cambysis. . .

De voce *carbasa* IV 3,64 dubium esse non potest an heterocliton sit conferenti Phoc. GLK V 426,14: In singulari numero generis masculini, in plurali neutri . . . hic

---

[1]) cf. Gell. XIX 8,17: Quod unum ergo rarissimum videbatur invenimus quadrigam numero singulari dictam in libro saturarum M. Varronis qui inscriptus est Ecdemeticus (fr. 93B.) — praeterea Serv. in Donat. GLK IV 432,25: quadrigas dicit numeri tantum pluralis, sed Varro dicit et numero singulari.

carbasus haec carbasa, hic Ismarus haec Ismara,[1]) hic sibilus haec sibila. Cf. *carbasus* IV 11, 54 0 ([N deest] carbasis F_1M_1 / garbasus M_2).

De voce *colus* jam supra dictum est quam praeter quartam etiam secundam declinationem sequi testantur ablativi:

colo IV 1, 72; 9, 48 (V corr. collo DV_1.).

Item de voce *costum* IV 6, 5 jam verba fecimus quae rarius quam neutrius feminini quoque in *-us* cadentis generis est.

Deinde genus masculinum nominativi pluralis *clatri* apud Propertium in neutrum transmutatum videmus

clatra IV 5, 74 (ex conj. Beroaldi) | caltra N | caltra UL | caltra FDVHMhd / cultra V_2g

cf. graecam formam τὰ κλῇϑρα; sed Caper de orth. GLK. VII 108, 16—17: clatri hi non haec clatra

Notatione dignum est deinde vocabulum num. sing. fem. gen. exhibitum cuius genetivum invenimus *Dulichiae* II 14, 4 cuius vocis apud alios genus neutrum videmus.

Deinde affero vocem *delphinus,* quae praeter secundam declinationem (*delphinum* acc. sing. II 26, 17) etiam tertiae genetivum praebet quia a Graeco δελφίς sive δελφίν ducitur *delphinum* III 17, 25.

De verbo *domus* quod IV 11, 44 receptum genetivum domus praebet dicendum est gen.

domi[2]) III 14, 28 O exaratum esse qui tamen Canteri conjecturae *comae* cessit apud editores.

Occurrit praeterea insolentior forma *exanimis*[3]): *exanimem* II 9, 9 quam usus receptus ad alteram declinationem adscribit. Item rariorem formam *exuvium* invenimus

exuvio IV 10, 6 LhHDV exuiuo N eximio UFMV$_2$mg g d exuviis U_1mg

quam vocem non nisi pluraliter efferri et primae declinationi

---

[1]) itaque non est pluralis poeticus. Cf. supra p. 54.

[2]) cf. Priscianus GLK. II 269, 10: domus huius domi et domus huius domus. . .

[3]) cf. Neue II[3] p. 153: Exanimis und exanimus kommen in Prosa nicht vor Livius vor, auch in der älteren Poesie sind sie selten.

adscribi notum est. Cf. Charis. GLK I 39,9 et GLK. I 549, 5, 6: hae exuviae. Et legimus revera *exuvias* II 14, 28; *exuviis* IV 1, 116; 8, 63

IV 11, 43 (N deest!) LU[1])V_2mg hgd; exuvii stantis HV_1Dmg; eximi stantis FD).

Huc pertinet illud vocabulum singulari numero primae declinationis attributum quod hoc loco II 25, 47 neutrius generis plurali effertur *insomnia* (vide ad p. 55 adn. 4 adnotata).

De formis *loca* et *loci* breviter moneo sine ulla significationis diversitate eas in Propertio extare his locis *loca* I 18, 1; IV 9, 25; *locos* IV 8, 22 (jocos Uhg). Convertamus nos ad substantivum *serta* quod neutrius generis esse et secundam declinationem profiteri constat. Propertius id primae declinationi attribuit certe hoc uno loco

sertae II 33, 37 NLh [2]) serta Uμy (gd).

Affero duo grammaticorum testimonia, Char. GLK I 107,25: Serta neutro genere dicuntur ut Vergilius ⟨ecl. VI 16⟩ 'Serta procul, tantum capiti delapsa, jacebant' sed Propertius feminine extulit sic:

'tua praependent demissae in pocula sertae'.

Auct. de dub. nom. GLK V 590, 24 'cum tua — sertae' sunt enim sertae sicut coronae.

Incertus est locus IV 6, 3 ubi libri mss. omnes *Cera* praebent; Scaliger ita refecit, id quod recepit L. M.:

Serta Philitaeis certent Romana corymbis.

Eum secuti sunt Baehrens et Hosius nisi quod *certet* scribunt (item Haupt). Sed mihi persuasi lectionem traditam *cera* nihil offerre quod offensioni sit (sic quoque Hertzberg, Keil, Rothstein scribunt). Itaque ex hac quaestione removendus est hic locus.

Sed uno loco vel fortasse duobus usitatum genus usurpavit Propertius *serta* III 1, 19; dubium enim est cui

---

[1]) cf. praef. p. 5.

[2]) hoc quoque loco Hamburgensem nobis A codicis lectionem servasse mihi persuasi cf. praef. p. 12—13.

declinationi attribuas *sertis* III 16, 23. Commemoranda est praeterea vox *sibila*[1]) IV 8, 8 (fibula F) quae vulgo masc. alterius decl. gen. est. Denique in hac enumeratione notandus est ablativus *tergore* II 26, 6 qua rariore forma praeter usitatum tergum hoc loco utitur poeta.

F. De pronominum flexione et nonnullorum numeralium usu.

Paucis mihi exponere liceat quae de Properti pronominum flexione dicenda sunt. Quamquam Heymann de hac re nihil fere contulit omnia ea omisi quae non Properti propria sunt aut quae alia de causa memoratu indigna videbantur.

Tractandae igitur erant praecipue priscae flexionis reliquiae quae apud aureae aetatis poetas haud ita raro occurrunt.

Primum enumero pronominum adiectivorum dativos[2])

nullae I 20, 35	nulle N ↖	L nulle U	cett (nulle F fort.)
toto III 11, 57	N	LU	cett (toti g F_2M ss.)

Deinde vocem *unus* quamquam numeralis est, tamen hic tractabo. Ego Propertio dativum *uno*[3]) concedere dubito; sunt tres loci qui ad eam rem pertinent: *uno* II 1, 47 (uino d

1) cf. fgt. Bob. GLK VII 542, 21: sibilus et sibila. Idem testantur Charisius GLK I 81, 11; Beda GLK VII 291, 6; cf. p. 56 Phocae testimonium.

2) cf. Priscian. GLK II 197, 6—198, 5: . . . frequentior est usus genetivi in -i et dativi in -o terminantis in masculinis et neutro, in feminino vero -ae diphthongum . . . et sciendum, quod, quotiens superiora masculina in -i desinunt in genetivo et in o in dativo — hoc enim quoque rarior habet usus et vetustior — necessario feminina in '-ae' diphthongum supra dictos terminant casus. itaque non solum 'una unius uni' sed etiam 'huius et huic unae' et similiter 'ullae', 'nullae', 'solae', 'totae', 'aliae', 'alterae' in usu antiquiore invenimus.

3) cum dativus *uni* saepius legatur (Hos. ind. gr. p. 186).

uiro M_1). 'Laus in amore mori: laus altera, si datur uno posse frui' ...: hic ablativum agnosco. *uno* II 11, 3 O praeter LM: *una*.

'Omnia, crede mihi, tecum uno munera lecto
auferet extremi funeris ille dies'.

Sic intellego: Omnia crede mihi et te et munera tua (v. infra v. 6: docta puella et cf. I 2, 27; II 3, 25) in eadem lecticula auferet ille dies supremus quo corpus tuum rogo imponitur. Eodem jure quo Vergilius dicit pennis vel habenis auferre (Aen. III 258; XI 713, 867) Propertius: uno lecto. Neque sensu caret quod LM praebent: *una* (sc. tecum), sed magis placet lectio ceterorum codicum.

Accedit tertius locus *uno* II 34, 17:

'Lecto te solum lecto te deprecor uno'.

Verbum deprecandi hoc loco habet ablativum significans aliquem precando avertere, ex aliquo petere ut abstineat aliqua re. Locus est singularis sane in tota latinitate, sed satis explicatur nobis respicientibus similes structiones verborum quae sunt deicio detrudo detestor quaeque cum ablativo saepe iunguntur in hoc sensu. Ad totam quaestionem cf. Neue II³ p. 517/18 qui docet dativum sing. uno pro uni rarum atque incertum esse; invenitur non nisi Jul. Valer. III 28; Commodian. instruct. I 19; 33, 9; Vulg. Exod. 27, 14; Num. 29, 14. Itaque omnibus tribus locis dativum agnoscere non possum.

Adiciam nonnulla leviora quasi per saturam composita. Pronominis relativi ablativus n. pluralis[1]) *quis* occurrit I 8, 42; 15, 41; II 34, 88 (quin V). Praeterea vide scripturas: *ecquando* II 8, 15; *ecquid* I 11, 1; II 23, 8; *ecquis* I 11, 6. Praeter unum locum I 11, 1 in N codice non servata est illa antiquissima et sane genuina scriptura *etquis*,[2]) quae

---

[1]) cf. Neue II³ p. 469: Der Dat. und Abl. Plur. ist meistens quibus, daneben quis oder queis. — praeterea cf. Charisius GLK I 91, 11 et Priscian. GLK II 9, 20.

[2]) vide Gruenler: De ecquis sive etquis pronomine quaestiones orthographicae Marp. 1911 p. 52/53.

tamen in y praevalet (sic quoque in Hamburgensi II 23,8 et I 11,6 scribitur, in Groningano praeter hos locos II 8,15 a priore manu, ut videtur); in LU nihil eiusmodi servatum est.

Addo formam rariorem *tute* III 14,25 cf. Cat. XXX,7. Contra legem qua sancitur ne post si vel ne conjunctiones plena forma indefiniti pronominis exhibeatur apud Propertium legimus:

aliquis post si: *aliqua* II 14,31; *aliquem* IV 9,45 (aliquam Fhgd); *aliquis* II 22,5; *aliquid* II 22,11 (aliquis LHh); II 34,53; IV 6,81 L (aliquis NUFhHDVM corr. gd).

aliquis post ne: *aliquid* III 12,13 (aliquod H)

qui loci omnes ex metrica necessitate satis explicantur. Insolentior deinde usus correlativorum pronominum patet his locis *tanta* IV 11,12 ubi tot poscendum, *quanta* I 5,10 ubi quot poscendum est.

Restat ut de quorundam numeralium nominum usu pauca adiciam. De *unus* vide supra p. 59/60. Interdum Propertius distributivis utitur pro cardinalibus[1]):

bina II 1,22 Xersis et imperio bina coisse vada

cf. bina bidentis Verg. Aen. V 96; corpora bina Ov. a. am. II 72.

Anceps hic locus *bina* IV 8,40:

Veneat et pedibus vincula bina trahat.

Hoc loco cardinale nomen minime postulari videtur valetque fortasse significatio altera vocis *bini* quae est germanice '*ein paar*' (cf. Verg. Aen. I 313 bina hastilia, VIII 168 frenaque bina; ge. I 172 binae aures).

centenis IV 6,47: Nec te, quod classis centenis remiget alis

cf. centenas manus Verg. Aen. X 566.

septenas II 16,23: Non quia septenas noctes sejuncta cubaris

III 22,16: Et qua septenas temperat unda vias.

cf. septena volumina Verg. Aen. V 85; septenos orbes VIII 448; et saepius ita in Ovidio.

---

[1]) cf. Neue II³ p. 331: Bei Dichtern vertreten Distributiva zuweilen die Stelle von Cardinalia.

terna IV 10, 26 (terra (tr̃a N) codd. parva V_2mg pauca vel terna ς).
Nomentum et captae jugera terna Corae
cf. terni ductores Verg. Aen. V 560 terna saecula Tib. IV 1, 102.

Aliter se habet illud *trina* IV 10, 2 (ex terna H) de quo nihil monendum. Denique notandus est pluralis non legitimus *utrosque* I 13, 20 de duobus tantum personis dictus. Cf. Quaest. gramm. sel. ex Cod. Bernensi 83 excerptae (GLK suppl. p. 117, 28) de differentia inter 'utrumque' et 'utrosque': 'Sed tamen verum est quod subiecit ipse ⟨quis sit nescimus⟩: haec quidem distincta sunt, sed iterum auctoritate confusa sunt'. Hoc testimonium quamvis per se mirum, ne dicam obscurum, tamen jam tum viros doctos omnia quae apud scriptores reperirent ad artem et ad praecepta revocare frustra conatos esse satis indicat.

De verborum flexione et usu.

Jam interdum in Propertio poeta reliquias vetustae loquendi consuetudinis deteximus. Etiam magis id convenit in verborum flexionem, et sic ut apud pedestris quoque scriptores ubi res ferebat priscae formae irrepserunt ita poetae saepius cum delectatione quadam atque voluptate eas admiserunt. Incipiamus igitur ab iis formis quae hunc antiquiorem sermonis usum redolent. Praeter cetera commemorandus est infinitivus praes. pass. in *-ier* cadens qui extat III 6, 39 *torquerier* cf. Hor. sat. II 8, 67. Item verbi *pote* forma apud Propertium omisso *est* adhibetur *pote* II 1, 46; III 7, 10. Deinde duobus locis extat imperfectum priscum in *-ibam* pro *-iebam* desinens, sane metri causa, nam *largiebar* in versibus dactylicis stare non poterat; cf. Corssen: Kritische Beiträge zur lat. Formenlehre pgg. 539—41. Etiam posteriores poetas has formas adhibuisse docet Neue III³ p. 317—18.

Habet Propertius *largibar* I 3, 25 (largiebar L) *operibat*

III 13, 35. cf. Varro L. L. 167: quibus operibantur, operimenta et pallia opercula dixerunt.

Priscum porro futurum quartae conjugationis in *-bo* terminatum [1]) quod apud Plautum et Terentium multis locis, in poetis aureae aetatis omnino non extat et rursus postea in scriptoribus ecclesiasticis crebrius invenitur Propertio semel placuit *lenibunt* III 21, 32.

Nolo omittere formas has temporis perfecti quae consonantem duplicant

reccidit IV 8, 44 N recidit LUFHh decidit DV reciditque g cecidit d

repperit [2]) II 33, 27 (reperit N)

rettulit II 16, 18 (retulit N) IV 4, 28 (retulit N F)

Sed enim formas quae litterarum duplicatione carent omnino falsas esse docet Neue III [3] pgg. 365—66. cf. W. Schönwitz: De re praepositionis usu et notione Marp. 1912, qui tamen locos II 33, 27; III 6, 18; IV 4, 28 omisit (p. 53—57).

Magis notabile hoc est. Verbum *cubandi* cuius perfectum tertiam conjugationem profiteri solet uno loco ita flexit Propertius quasi primam sequeretur *cubaris* II 16, 23

---

[1]) cf. Neue III [3] p. 321: Die Endung -bo und -bor (des Futurums), welche, wie die Endung des Imperfektum -bam mit dem Sanskritverbum bhavami zusammenhängt, gehört vornehmlich den Verba der ersten und zweiten Konjugation an, welche vor derselben mit einziger Ausnahme von dabo und dabor einen langen Vokal haben. In der älteren Sprache ist die nämliche Endung häufig in der vierten Konjugation, sehr selten aber in Verba der dritten. — cf. Prob. GLK IV 174, 37; 176, 22; 180, 11 qui permulta eiusmodi exempla affert. — cf. Neue III [3] p 317 et Priscian. GLK II 452, 24: In quarta conjugatione est quando antiqui transmutantes locum vocalium pro ι et *e* '*ei*' diphthonigum proferre solebant quam postea in ι longam verterunt ut polibam' pro 'poliebam' 'munibam' pro 'muniebam'. Idem censent Char. GLK I 178, 36 et Diom. GLK I 350, 34.

[2]) cf. Priscian. GLK II 462, 28. P conduplicatur: 'reperio repperi' et II 467, 8: rēpĕrio repperi quod notandum est quod ante paenultimam non paenultimam produxit positione.

(cubabis F, corr. F_2) qui conjunctivus perfecti est; item *cubaris* II 15, 17 ex conj. Mureti ab omnibus editoribus probatur ubi libri *cubares* praebent.

Sed in compositione aliter flexit Propertius scribens *accubuit* I 3, 3; II 30, 36; *accubuisse* II 32, 36; III 15, 12; IV 4, 68; *concubuisse* II 15, 16; *concubuere* IV 1, 14.

Sequitur conjunctivus perfecti *ausim* II 5, 24; 19, 21, qui receptissimus apud Horatium quoque aliosque aureae aetatis poetas invenitur.[1]

Verbum fervendi apud Propertium tertiae conjugationi attributum invenimus *fervĕre* II 8, 32 (ferre hgd?); 28, 4 cf. Probus ult. syll. GLK IV 241, 25: Infinitivus modus tempore praesenti productis tribus conjugationibus paenultimam longam habet ... interdum tamen in secunda conjugatione paenultima syllaba corripitur ut fervĕre Leucaten ⟨Verg. Aen. VIII 677⟩ et: cum litora fervĕre late ⟨Verg. Aen IV 409⟩. Addo rariorem usum verbi *notescere* quod occurrit II 13, 37 haec... notescet... fama, de quo vide Birtium Mus. Rhen. LI (1896) p. 500; cf. Cat. 68, 47.

Haec hactenus de priscis formis. Jam vero ex vulgari linguae usu explicantur formae quaedam correptae quas cum apud scaenicos poetas veteres saepissime tum in vulgari atque cottidiano sermone posterioris quoque aetatis invenimus. Dico *cavĕ*[2]) I 7, 25; 10, 21; II 13, 41 (pro pyrrhichio positum). Quas Heymann p. 34 conscripsit eiusmodi formae quippe quae ex conjecturis v. d. ortae sint ex hac quaestionis parte removendae sunt (Hos. ind. metr. et prosod. p. 184.)

---

[1]) cf. Neue III³ p. 507: Auf die Schriftsteller des goldenen Zeitalters sind allein faxo faxim und ausim übergegangen.

[2]) Servii ad Verg. Aen. IV 408 testimonium qui hanc formam e tertia declinatione profectam esse vindicat valde dubium est, cum exemplum ex Catullo promptum quod affert: cavĕre nullo loco inveniatur; immo legimus in Catullo: cavēto L 21. Et si re vera haec forma in carmine nunc amisso fuit ex hac re nihil concludi potest nisi quod etiam Catullus in usum metricum hanc formam corripuerit; cf. viden ut Cat. LXII 8; Birt Arch. Lex. XV 74.

Sed plura sunt vulgaris sermonis vestigia. Omnes quidem formas proferre nolo quae receptae sunt in tota latinitate — dico praeter cetera usitatissimas contractas formas perfecti activi (e. g. in *-arunt* pro *-averunt* finientes) et formas II. pers. sing. pass. in *-re* pro *-ris* desinentes; talia omisi nisi utraque forma et contracta et plena occurrebat. Jam inquiramus in singulas deinceps conjugationes. Longe frequentissima jam Heymann p. 35 demonstravit exempla contractionis in iis verbis inveniri quae primam conjugationem sequuntur. Sed non juvat ea omnia enumerare praesertim cum haec non huius poetae atque omnino poetarum propria sint, sed etiam apud alios aureae aetatis scriptores haud ita raro conspiciantur. Ceterum Hollstein in dissertatione [1]) exposuit Propertium in monobiblo formas pleniores omnino non adhibuisse, sed ab altero vel tertio libro demum his indulsisse.

Ex hac tota materia elegi et attuli eos locos quibus anceps Properti usus inter contractas et pleniores formas fluctuans demonstratur. Eius generis extant primae declinationi adscripta exempla: *mutamus* II 15,9; *narramus* II 15,3; *sonuere* IV 9,13; *sonuerunt* IV 8,49.

Alterius conjugationis extat eiusmodi forma: *mansēre* III 23,9 (contra *manserunt* IV 9,7).

Tertiae conjugationis reperiuntur: *crevēre* IV 1,5 — *creverunt* IV 1,56. *fecēre* I 9,7; IV 1,81 — *fecerunt* IV 7,20.

Quartae conjugationis exempla sunt: *venēre* IV 1,45 — *venerunt* IV 7,88.

Praeterea in iis perfecti formis quae tertiam et maxime quartam conjugationem sequuntur vel inde derivatae sunt contractio exhibetur *petisti* IV 7,31 sed *petiit* I 10,23 *audistis* IV 9,37

mollisse IV 11,41 | (N deest) | LU | cett (gh); (molisse V_1) vidisse d

---

[1]) De monobibli Properti sermone et de tempore quo scripta sit Mpg 1911 p. 42.

mugisse III 12, 29 sed *mugiverat* II 28, 17 (mugierat h)
saevisse IV 4, 39 (scaevisse V)
sepelissent I 17, 19 | x | DV ghd | peperissent A_1F rupissent F_2mg

Notissima est deinde illa persona altera singularis passivi in *-re* pro *-ris* cadens; sed longum est ea omnia hoc loco proferre itaque satis habeamus ancipites formas breviter perlustrare quae uno excepto exemplo *movēris* IV 7, 7 (moneris L) — *movēre*[1] III 22, 6 tertiam conjugationem sequuntur: *cogĕre* I 15, 19 — *cogĕris* IV 1, 128 (-it FM_1); *patiĕre* IV 1, 137 — *patiĕris* II 34[b], 49; *querĕre* III 25, 4 (quaerere d) — *querĕris* II 20, 4. Adde *queraris* II 4, 11; III 25, 16 (quereris V).

Sed semper dicit Propertius:
patiare I 16, 39 (paciare A); II 5, 16; III 25, 15 (patiere DV spaciare h).
In verbo *eundi* eiusque compositis contractas formas longe praevalentes videmus. Cum plenioris ambitus duae tantum occurrant *periisse* II 15, 13 (perisse F_1M_1)
— II 24, 41 (perisse N_1 pr. m. h. corr. M | peperisse FH).
magnus est numerus contractarum formarum
adisse III 12, 34 (adiisse FHh)
coisse II 1, 22 (coysse F); III 2, 4; 15, 8 (cohisse Hg)
isse I 20, 18 (ipse U | esse { Vm 2 mg | g); II 13, 56 (esse FM)
— III 1, 26 | esse N | esse L, s ipse U | HVM_2F_2 (isse) ghd esse D ille F_1M_1
issent III 11, 37 (N deest!); *peristi* II 33, 31; *redisse* III 9, 40; IV 3, 70; *subisse* IV 2, 30.

Similem rationem Propertius secutus est in verbo *novi* quod his locis omissa contractione exhibetur *noverit* II 22, 48; 25, 38; *novistis* I 16, 45: cum formae contractae hae in-

[1]) hoc maxime notandum; cf. Prop. III 11, 1 *mirare*; IV 2, 1; *videre* Fronto de eloc. III p. 151; *exagitare* Juv. VI 29; *jactare* Luc. (Cic. de fin. II 8, 24). — Neue III[3] p. 209/10.

veniantur *norit* I 1,30; 8,46; *nosse* 5,18; *norunt* II 10,25; *nostis* 28,13; 29,8; *nosti* 33,30; *norunt* 34,24; *nosset* III 1,30; *norim* 15,1; *norant* 25,5; *nossem* IV 1,41.

Itaque contractionem in monobiblo Propertius praeter I 16,45 nusquam omisit, quod docuit Hollstein p. 42.

His exemplis tabulam earum formarum per syncopen contractarum adiciam quae minus usitatae sunt. *admoram* III 3,5 cf. Verg. Aen. IV 367: admorunt. Ov. ex Pont. III 7,36 admorint. *audīt* IV 9,39 cf. CJL III 37, 38, 39, 41, 43. *consumpsti* I 3,37 (consumpsi h) cf. infin. comsumpse Lucr. I 233. *duxti* I 3,27 g duxit O (h d) cf. Varro sat. Men. 201. Cat. XCI, 9. *flemus* II 7,2 g stemus O (h d). *imposta* IV 2,29 inposta NULF; imp. HDVghd cf. Lucr. V 543; Verg. Aen. IX 716; Ov. rem. am. 727/28. *redīt* II 3,32 (reddit hg).

Non alienum esse deinde mihi visum est nonnullas inusitatioris flexionis formas proferre

adplicuisse I 20,20	N	L appl. U	M applicuisse cett.
inplicuisse III 5,20	N	L U	FH implicuisse DV
iūverint II 23,22	N	L capiant U μ	hd; capiant cett., ubi ↗ Baehrensius: N interpolate! cf. Cat. LXVI 18
petenda IV 1,108	N	L	H ghd; petunda FDV B. Ho.
poterentur II 9,26	poterent N	L potirent̃ U	potarentur FM hgd peterentur DV
tergit IV 8,84	(t̃git N)	LU	v. Corssen p. 538/39 Neue III³ p. 274.

Denique notanda sunt nonnulla verba quae vulgo passive dicta apud Propertium active posita sunt, quae verba grammatici veteres communia appellant (cf. Gell. V 13) *argutat* I 6,7 cf. Petron. 46,1; 57,8. *comitarem*[1]) II 7,15; *populavit* III 18,29. *velificabat* IV 9,6 cf. *velificata ratis* II 28,40.

---

[1]) ita legendum esse Birt mihi persuasit.

Nonnullis locis deponentia passive extant *conspicer*[1]) IV 4, 34: Dum captiva mei conspicer esse Tati (h).

cf. Sall. Jug. 49, 4: Metellus cum exercitu conspicatur; sed aliter si V_2gd lectionem sequimur: *conspicer arma Tati. mercato* I 2, 5; *mercata* IV 5, 32. cf. Sall. hist. fg. 5, 9: commeatibus mercatis. *oblito* I 19, 6 cf. Verg. ecl. 9, 53. *sortita* IV 7, 55 (partita ς quesita g); IV 11, 20 (N deest! sortito d).

Restat ut enumeremus intransitiva graecorum more personaliter dicta *clamatae* II 19, 6 cf. Verg. Aen. IV 674; VII 504; *interdicta* IV 9, 55; *persuasae* IV 1, 146.

Conclusio.

Jam praeter quaestiones orthographicas quas tractavi quidem, in publicum tamen hoc loco dare non possum ad finem perduxi rem propositam. Nonnulla breviter adiciam quae in praefatione jam tetigi quarumque rerum testimonia nunc allaturus sum.

Primum animum advertas quaeso ad codicis V correctorem qui V_2 siglo notatur. Multis locis singularia atque egregia eum praebere quae ex parte ne in ceteris quidem optimis libris inveniantur jam monui praef. p. 4 (cf. Hos. praef. p. VII). Testimonio esse possunt ex tabulis multi loci: p. 17 *Amycle;* p. 21 *Penelopes;* p. 22 *Idae;* p. 23 *Meroen;* p. 32 *Thyrsin;* p. 38 *Antoni;* quibus accedunt alii loci ubi variam lectionem non adscripsi: p. 20 *Ledae* DV_2hgd; *Persephonae* V_2d; p. 22 *Lycotae* V_2d; p. 27 *Acanthis* V_2gd; *Thais* V_2hgd; *Chloridos* V_2NUd; *Phyllidos* V_2gd; p. 35 *Icarioti* V_2h; p. 36 *hamadryadas* V_2gd; p. 38 Lanuvii V_2Mhg. I n r e b u s o r t h o g r a p h i c i s: I 2, 2 *coa* NV_2d; 8, 11 *tyrrhena* L(U)V_2gd; 8, 18 *galatea* V_2g; 8, 36 *Eleis* V_2mg; 15, 5 *hesternos* NLUV_2Ah; 15, 9 *Calypso* NLV_2gd; *itaci* V_2gd; 20, 26 *zetes* V_2d; II 28, 35 *rhombi* LU_1vV_2mg; 32, 4 *Thelegoni* V_2dg; 33, 4 *inachis* LUV_2gd; 34, 86 *leucadiae*

---

[1]) Commune est secundum Priscianum GLK II 384, 2 (*conspicatur* = θεωρεῖται ex Varrone affert).

V_2d; 34, 91 *licoride* V_2; III 3, 45 *rhenus* V_2hgd; 6, 16 *rhombi* LUvμVcorr.hg; 9, 26 *onerare* V_2; IV 2, 51 *Lycomedius* NLUV_2gd; 3, 43 *hyppolite* V_2; 4, 71 *Thermodoonta* NLUV_2; 5, 63 *acantis* V_2F; 7, 81 *anio* UV_2mg hgd; 9, 14 *inplacidas* NUV_2. Maxime notandum est e˘uădne III 13, 24 (cf. Birt: ʻsprach man avrumʼ p. 122—23 Mus. Rhen. LII (1897) suppl.) et *saluere* IV 5, 52 NLV_2Hhd (saliere DVMg).

Deinde quod supra statui p. 5—6 de Lusatici praestantia et virtutibus, inprimis in rebus orthographicis, nunc illustrabo: I 6, 24 *adferat* NLAMg; 8, 11 *tyrrhena* L(U)V_2gd; 15, 19 *Calypso* NLV_2gd; 15, 20 *haemonio* Lhg; 18, 20 *Arcadio* LDV; 20, 20 *adplicuisse* NL; II 1, 5 *cois* L, 14, 5 *Oresten* NLMgd; 14, 30 *onusta* LU; 19, 13 *tura* NLgd; 26, 56 *haedus* LMhd; 29, 17 *adflabunt* NLFHM; 33, 4 *inachis* LUV_2gd; 34, 33 *Aetoli* NLgd; 34, 68 *adtritis* NLFM; III 3, 7 *Horatia* Lhd, 3, 27 *adfixis* NLHDVM; 4, 6 *adsuescent* NLHhgd; 5, 6 *corinthe* LU; 7, 33 *ancora* NLFhd; 24, 16 NLF; 10, 19 *ture* NLF 14, 14 *Thermodontiacis* NL; 14, 15 *taygeti* NL; 16, 23 *adferet* NLH; 21, 27 *Demosthenis* LUDV; IV 1, 58 *ei* NL_1FV 3, 9 *getae* NLF; 5, 53 *adferat* NLhgd; 7, 8 *eosdem* NLH(h); 8, 48 *ei* NL. Ex parte grammatica affero: p. 32 *Tanain;* p. 55 *salivas;* p. 67 *juverint.* Maxime notandum est p. 22 *Antigonae* L solus, *Niobae* L solus; p 22 *Thamyrae* (cum hd); p. 23 *Semelae* (h); p. 26 *berryllon* (U_2) p. 27 *Maeotis* (dh) p. 31 *Nirea* (hgd) p. 61 *aliquid* (gd).

Surgit denique quaestio de archetypo ω ipso quando scriptus fuerit. Etsi persentio tali quaestioni meam disputationem non sufficere posse, tamen ad hanc rem aliquid conferre audeo. Nam licentia qua in eo et *h* spurium et *h* omissum animadvertitur et barbarica illa vocalium assimilatio qualis est *oromodonta* III 9, 48, *andromade* III 22, 29, *aniane* IV 7, 86 qualis intra saec. VII—X maxime in flore fuit, suadet ut in archetypi aevo statuendo non ultra septimum saec. recedamus (cf. Hosius praef. p. IX).

Itaque haud procul a vero aberrare nos putaverim si eum saec. VIII exaratum esse ponimus. Fuit autem hoc exemplar apographon illius archetypi vetustissimi *Ω* quem antiqua scriptura capitali scriptum fuisse exposuit Birt praef. col. XLVI—XLVIII quemque quinto fere saeculo attribuere possumus.

Jam vero in rebus orthographicis quid librarii N Gallici hominis proprium fuerit nonnumquam facile apparet. Contra diiudicare saepe difficillimum est quid ad Properti ipsius manum referre liceat, quid demum in archetypi archetypo *Ω* ortum ceperit, quid ad librarium illum saec. VIII qui *ω* exaravit, referri debeat. Licetne dissimilationem quam videmus in *inponere* IV 5, 13 NUF, *inmerita* IV 3, 19 NLUFHhgd et aliis ad Propertium ipsum referre? Scripsitne poeta ipse *adsint* II 13, 23 *ω*, sed *assidet* IV 3, 41 NLUHDVhgd? Ego adducor ut id credam, sed hac de re pignus ponere nolim. *Comminus* II 19, 21 O praeter N certe Propertius ipse non scribebat, id quod ut caute agamus monet.

Is qui considerate et providenter rem agit textus orthographiam non alio modo reficere poterit nisi hoc, ut *Ω* ipsius scripturam quantum fieri potest, pro fundamento ponat; hoc pertinet ad genuinam scripturam *affuerit* quam legimus II 5, 10 in melioribus (NLUFh) ⟨*abfuerit* U corr. F_2MDVdg⟩ et multa alia exempla quae adscribere hic non possum.

Aetas autem codicis archetypi *Ω* — ut supra commemoravi — congruit cum Vergilianorum codicum aetate quatenus ex ipsa antiquitate servati sunt; itaque illi *Ω* pariter atque his fides habenda est.

Typis Roberti Noske Bornensis.

Vita.

Theophilus Henricus Fridericus Otto Rasner natus sum Casselae Kal. Mart. anni MDCCCXCI, patre Henrico quem abhinc sex annis praematura morte mihi ereptum esse doleo, matre Elisa e gente Trieschmann. Fidem profiteor luthericam. Civis Borussus sum. Primis litterarum elementis imbutus anno MCM in gymnasium regium cui nomen est Lyceum Fridericianum receptus sum, cuius scholas Heussneri (†) rectoris viri optimi auspiciis per IX annos frequentavi. Vere anni MCMIX maturitatis testimonium adeptus ut philologis geographicis musicis studiis me darem primum in universitate Marpurgensi civis academicus factus sum. Deinde tribus semenstribus post Lipsiam me contuli unde reversus autumno anni MCMXI Marpurgum redii ubi adhuc commoratus sum. Ineunte bello Europaeo quod adhuc orbem terrarum commovet aestate anni MCMXIV nosocomus voluntarius Crucis Rubrae factus per tria semenstria in valetudinario militari Marpurgensi stipendia feci, deinde autem ipse aegrotans missione rogata militiae renuntiavi et ad perficienda studia in universitatem reverti.

Docuerunt me viri doctissimi hi:

Marpurgenses:

Birt, Busch, Fischer (†), Jachmann, Jacobsthal, Jenner, Kalbfleisch (nunc Gissae), Köppe, Krümmel (†), Maass, Misch, Natorp, Obst, Rühl, Schiedermair, (nunc Bonnae), Schücking, Schultze Jena, Schwartz (nunc Gryphiae), Thiele (†), Thorbecke, Thumb (†), Tuczek.

Lipsienses:

Heinze, Prüfer, Riemann, Schreiber, Volkelt.

Proseminario philologo per duo semenstria Thieleo moderante interfui; seminarii regii philologi ut per tria semenstria sodalis ordinarius essem — per unum annum in superiore classi — benevolentia Birtii Kalbfleischii Maassi directorum effectum est. Praeterea interfui exercitationibus archaeologicis moderantibus Schreiber, Jacobsthal, geographicis per quattuor semenstria Obst, Ruehl, Schultze Jena, Thorbecke auctoribus. Musicas scholas frequentavi Jenneri per tria semenstria, praeterea exercitationum ut particeps essem benigne concesserunt Prüfer et Schiedermair per tria semestria.

Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago magnas, imprimis autem gratiam summam semper habebo Theodoro Birt, qui ad hanc materiam tractandam me invitaverit et in opusculo conscribendo me opera et consilio adiuvare non desicrit.